





9.
QUOD FELIX FAUSTUMQUE SIT!
DISSERTATIONEM JURIS PUBLICI

DE
EMOLUMENTIS
TERRITORIORUM
IMPRIMIS GERMANIÆ
EX JURE PRIMOGENITURÆ
DESCENDENTIBUS,

INDULTU
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
PRÆSES

FRIEDERICUS CAROLUS
VOIT A SALTZBURG,


S. R. I.

LIB. BAR. ET IMMEDIATÆ NOBILITATIS
FRANCONICÆ EQVES,
RESPONDENTE

JO. FABIAN GOTTLOB DE PONICKAU
ET PILGRAM,
EQU. LUSAT. SUPER.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
IN ICTORUM AUDITORIO
SUBJICIET

AD D. V. MAJ. c. 10. 1788.

LIPSIÆ,
EX OFFICINA TITIANA.



Generosissimi. Dn. de Stang, c.

QUOD FELIX RAUSTUMQUE SITI
DISSERTATIONEM JURIS PUBLICI

DE

EMOLUMENTIS
TERRITORIORUM
IMPRIMIS GERMANIAE
EX JURE PRIMOGENITURAE
DESCENDENTIBUS

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
INDULTU
PRAESER

FRIEDERICUS CAROLUS
VOIT A SALTZBURG

S. R. L.

LIB. BAR. ET IMMEDIATE NOBILITATIS
FRANCONICAE FOUES
RESPONDENTE

JO. FABIAN GOTTLOB DE PONICKAU

ET PILLGRAM

EQ. LUSAT. SUPER.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
IN ICTORUM AUDITORIO

SUBSIDIET
AD D. N. M. P. DE X. M.

LIPSIÆ

EX OFFICINA TITMANA



Handwritten notes in the right margin, including a large 'W' and 'AM' visible on the adjacent page.

SERENISSIMO PRINCIPI
 AC DOMINO,
 DOMINO
WILHELMO
FRIEDERICO,
 MARGGRAVIO BRANDENBURGICO,
 DUCI
 IN BORUSSIA, MAGDEBURGI, STETINI, POME-
 RANÆ, CASSUBIORUM ET VINIDORUM, MEGAPOLEOS,
 NEC NON IN SILESIA, ET CROSNÆ,
 BURGGRAVIO NORIMBERGENSI,
 PRINCIPI
 HALBERSTADII, MINDÆ, CAMINI, VANDALIÆ,
 SUERINI ET RACEBURGI,
 COMITI
 HOHENZOLLERÆ ET SUERINI,
 DYNASTÆ
 IN TERRIS ROSTOCHII ET STARGARDIÆ,
 DOMINO MEO
 LONGE CLEMENTISSIMO.



827

REVERENDISSIMO PRINCIPALI
AC DOMINO

DOMINO

WILHELMO

FRIEDERICO

MARGRAVIO BRANDENBURGICO

DUCI

IN BORUSSIA, MAGDEBURGI, STETTINI, POMERANIE, CASIMIRI ET VINDICUM, MEDICOLE, NEC NON IN SILESIA, ET CROACIA

BURGGRAVIO NORIMBERGENSI

PRINCIPALI

HALBERSTADII, MINDOR, CAMBII, VANDALI, SVERINII ET RADEBURGI

COMITI

HONENKOLLERII ET SVERINII

DYNASTAE

IN TERRIS ROSTOCHE ET STAROGARDIE

DOMINO MEO

LONGE GERMINTISSIMO



SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME.



On temeritatis aut
arrogantiae cujus-
dam reum me fieri
existimo, quum
hanc disertationem
A 3 nem

1118



529
nem, tenuis ingenii mei foetum, ad
TUUM, SERENISSIME PRIN-
CEPS, pulvinar devotissima mente de-
pono. Quod si initium, quod natura
constituit, TUUM quippe Ortum ac
Natalium Splendorem, quem Illustrissi-
mum es fortitus, quod si Augustissimæ
Dignitatis TUÆ apparatus, magna &
admirabilia, quæ in TE fulgent, omnia,
& ita sunt confociata, ut mens, ex in-
tuitu tot luminum, hebescat, & ægre
singula discernere & considerare va-
leat; quod si inquam, hæc omnia, cum
submissa animi devotione, perpendo,
quandam me ab hoc summæ pietatis
cultu retrahendi vim habere videban-
tur. Verum in illo rerum humanarum
fastigio, atque inter reliquas divinas
ani-

852
animi virtutes, quibus majorem illi
splendorem IPSE infers, magno TIBI,
CLEMENTISSIME PRINCEPS,
ornamento ducis bonarum literarum
studia, quique illis operantur, incom-
parabili Gratia TUA tueri, fovere, at-
que incitare. Itaque plenus quidem
admirationis, sed simul Clementiæ
TUÆ, qua inter DELICIAS GE-
NERIS HUMANI referri meri-
tus es, confusus, ineleganti differ-
tationi huic ornatissimum & splendi-
dissimum Nomen TUUM, quò ab illius
auspiciis lucem gratiamque acciperet,
præscribere ausus sum. Ut magna &
augusta sunt TUA omnia, ita etiam
in me prorsus inusitata & singularia
cumulata sunt beneficia, quibus re-
cen-

538
censendis impar, ea sacro premere si-
lento, quam, parum dicendo, attere-
re malo; sed quantacunque illa sint,
CLEMENTISSIME DOMINE,
dulce est **TIBI** debere, & quæ me
pietas quotidie accendit, ut ad exem-
plum parentis, immori aliquando fi-
delissimis pro **TUA SERENITA-**
TE servitiis optem, simul ut tempo-
ris, per quod in literarum studiis tan-
tæ me spei præparavi, qualescunque
rationes redderem, imperavit. Ipsum
dissertationis argumentum a **TUA**
CELSITUDINE haud alienum esse
mihi persuadeo, quippe qui varia, quæ
ex Jure Primogenituræ proficiscun-
tur, emolumenta demonstrare, atque,
prout vires ingenii mei valuerunt, illu-
strare

strare annifus sum. Nimirum in illa
 disputationis materia verfor, cujus ve-
 ritatem TUO exemplo, superffite ad-
 huc SERENISSIMO FRATRE,
 GEORGIO FRIEDERICO, qui
 turbulentis rerum humanarum fatis
 ereptus, pro Patria, in ipfo Heroicæ
 fortitudinis exercitio occumbens, im-
 mortalem nominis famam gloriamque
 consecutus est, illustrasti, dum iis, quæ
 jam tum omnes defixos admiratione
 tenebant virtutibus, maxima imperia
 mereri, quam ad illius, quod DIVI
 FRATRIS TUI erat, societatem
 adspirare, pulcrius censuisti. Est hæc
 illa animi TUI magnitudo, & indefef-
 fa pro communibus Patriæ commodis
 cura, quam non modo cives, & quot-

MAMIS

B quot



478
quot TIBI obsequia sua consecrarunt,
deprædicant, sed quæ tantam etiam
TIBI inter fulcra Reipublicæ existi-
mationem peperit, ut PRINCI-
PUM IMPERII GERMANICI
DECUS, justissima laude, celebre-
ris. Accipe ergo, SERENISSIME
PRINCEPS, fronte, qua soles be-
neficia TUA dispertiri, hoc & stu-
diorum & pietatis tenue documen-
tum, in quo simul ardentissimas, pro
salute TUA, ad DEUM OPT.
MAX. preces fundo. Ille TE fer-
vet, PRINCEPS OPTIME, sis
felix, ut TUA felicitate læteris IPSE,
& TECUM lætentur omnes, qui fide,
qui obsequio, qui cultu TIBI obstri-
cti vivunt. Deus fervet SERENIS-
SIMAM

quod

B

SIMAM

SIMAM CONJUGEM, quam,
 quæ in singulis Illustrissimis fœ-
 minis magna sunt, ornant omnia.
 DEUS fervet SERENISSIMUM
 TUUM PRIMOGENITUM,
 PRINCIPEM HEREDEM, quem
 Majorum gloria ad avitorum decorum
 splendorem, per orbem terrarum dif-
 fusum, magis magisque illustrandum,
 inflammat, & ad universum Virtutis,
 Justitiæ, Fortitudinis, Moderationis
 cultum informat. DEUS fervet SE-
 RENISSIMAS SORORES, &
 imprimis SERENISSIMAM PRIN-
 CIPEM REGIAM WALLIÆ,
 omnium virtutum divinum fere exem-
 plar. DEUS fervet SERENISSIMAM
 VIDUAM DUCEM WURTEN-

B 2 BER-

BERGICAM, omnis Pietatis imagi-
nem. DEUS VOS fervet, VOBIS præ-
stet imperium securum, domum tutam,
vitam tranquillam, felicitatem perpe-
tuam. Hæc ego, INDULGEN-
TISSIME DOMINE, quotidie vo-
ta facio, faciamque dum vivam

SERENITATI TUÆ

devotissimus subjectissimusque

Friedericus Carolus Voit
à Saltzburg.



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

PRÆSES.



*D*issertationem Tibi exhibemus
B. L. cujus argumentum ex do-
ctrina Juris Publici nobilissima
petitum est. Posteaquam enim
in variis disputandi exercitiis
de rebus, quæ ad jus naturæ & gentium, civile,
feudale, canonicum & in foro procedendi rationem
pertinent, quinque vicibus publice fuit actum, prout
talium Dissertationum Academicarum id deside-
rant excussiones, ad argumentum juris publici
nunc conversus, ea cum moderatione, quæ Aca-

B 3

demiis

demis, & Reipublica nostra commodis convenit,
 scribere, & materiam presentem pro virili declarare
 volui, quod vel eo nomine non ingratum fore con-
 fido, quia studium ingeniumque exercendi occasio-
 nem praeiuit, absque iurium Augustissimo Impe-
 ratori, & Illustrissimis S. R. I. Statibus quaesitorum
 offensa. Equidem inficias ire non possum, multos
 fuisse, qui de Primogenitura disputarint, aliam
 tamen isti secuti sunt viam, nec singulatim emo-
 lumenta, quae ad Superioritatem Territorialem re-
 dundant, demonstrarunt, multo minus ea exem-
 plis Serenissimarum & Illustrium Germania Fa-
 miliarum illustrarunt; quod, quo ordine modoque
 praestitum sit, Lector equus, quem conatibus hisce,
 pro benignitate sua, favere cupio, iudicet.

CONSPE-

CONSPECTUS TOTIUS DISSERTATIONIS.

- PROOEMIUM præmissum rationem instituti continet.
- §. I. Quid sit Primogenitura, & quomodo distince consideretur?
 - §. II. Quid per emolumenta intelligatur?
 - §. III. Primogenitura quam maxime conducit incrementis & emolumentis territoriorum, dum
 - §. IV. (1) Eorum divisionem, quæ noxia esse solet, non admittit,
 - §. V. (2) unum caput regens constituit,
 - §. VI. (3) reliquis Agnatis per prudentem Apanagiorum constitutionem consulit; Hic Apanagium breviter describitur & dividitur.
 - §. VII. (4) Superioritatem Territorialem firmat, quod demonstratur ex emolumentis inde proficiscentibus.
 - §. VIII. Intuitu
 - 1) juris circa Sacra; Ubi incidenter de mensibus papalibus, annatis, provisionibus & advocatia agitur.
 - §. IX. 2) juris circa ferendas leges, earumque interpretationem.
 - §. X. 3) juris aggratiandi,
 - §. XI. 4) jurisdictionis territorialis,
 - §. XII. 5) exactionis juramenti fidelitatis,
 - §. XIII. 6) publicæ rei curæ 1. in territorio & 2. extra territorium.
 - §. XIV.
 - §. XV. 7) Juris fisci ratione 1. bonorum vacantium, 2. confiscationum,
 - §. XVI. 3. detractionis,
 - §. XVII. 4. juris albergariæ,
 - §. XVIII. 8) impositionis & exactionis tributorum,
 - §. XIX. 9) domanii.
 - §. XX.

- §. XX. 10) tuitionis territorii & superioritatis territorialis.
 §. XXI. 11) juris α) belli,
 §. XXII. β) pacis,
 §. XXIII. γ) Fœderum
 §. XXIV. δ) mittendi Legatos.
 §. XXV. 12) juris cudendi monetam, ejusque defectus corrigendi.
 §. XXVI. Atque hæc Primogenitura antiquissimis populis olim
 fuit usitata, eamque
 §. XXVII. Omnes fere Populi hodie observant, ut in
 §. XXVIII. Lusitania.
 §. XXIX. Hispania.
 §. XXX. Gallia.
 §. XXXI. Britannia.
 §. XXXII. Hungaria.
 §. XXXIII. Polonia, Russia, Dania, Suecia.
 §. XXXIV. nec Barbaræ Gentes Primogenituræ prærogativam
 penitus respuunt, ut Turcæ, Tartari, Persæ &c.
 §. XXXV. Germani ab initio prudentissimum hoc Primogeni-
 turæ institutum non ignorarunt.
 §. XXXVI. Deinde vero subinde neglexerunt.
 §. XXXVII. Tandem postliminio quasi illud in terras suas reduce-
 runt.
 §. XXXVIII. Primogenituræ igitur rationem habuerunt in suc-
 cessionibus Imperatorum.
 §. XXXIX. Electorum.
 §. XL. Hic excuti merentur Quæstiones, num ante A. B. Primo-
 genitus solus an vero plures etiam, ex Electorum fa-
 miliis superstites, Electioni interfuerint?
 §. XLI. num is Primogenitus sit, qui antequam Pater dignita-
 tem Electoralem adipisceretur, natus est?
 §. XLII. quisnam ex gemellis pro Primogenito habendus sit?
 §. XLIII.

¶ (o) ¶

- §. XLIII. an Primogenitus Electoratum jam habens Patri simul in alium Electoratum succedere queat?
- §. XLIV. an Primogenitus mente captus, fatuus, aut alio famoso & notabili defectu laborans, ad successionem admitti debeat?
- §. XLV. Num Patri Primogenitum a jure suo excludere, ipsique Primogenituræ renunciare liceat?
- §. XLVI. In successione Electoralibus, non ætatis, non gradus, sed lineæ spectatur prærogativa.
- §. XLVII. an Primogenitura obtineat in Regno Bohemico?
- §. XLVIII. an Primogenitura in aliis ditionibus, præter Electoratum ab Electore possessis, locum inveniat?
- §. XLIX. Introducitur Jus Primogenituræ (1) per leges Imperii (2) per privilegium aut investituram Imperatoris (3) per consuetudinem vel præscriptionem immemorialem (4) per testamentum (5) per pacta atque statuta.
- §. L. Cautiones quædam in introducendo Jure Primogenituræ adhibende.
- §. LI. an Primogenitura ad terras allodiales quoque referenda sit, indagatur.
- §. LII. quo titulo utantur postgeniti, exponitur.
- §. LIII. Primogenitura attenditur in Serenissimis Principum Germaniæ Familiis & quidem
 - (1) in Domo Anbaltina
 - (2) Austriacæ.
 - (3) Badensi.
 - (4) Bavaricæ.
 - (5) Brandenburgicæ.
 - (6) Brunsvicensi.
 - (7) Hassiacæ.
- §. LX. de Hennebergica tractat.

C

§. LXI.

- §. LXI. (8) in Holsato Slesvicensi.
- §. LXII. de Fuliacensi & Clivenfi agit.
- §. LXIII. (9) Lotharingica.
- §. LXIV. Burgraviatum Magdeburgicum considerat.
- §. LXV. (10) Megapolitana.
- §. LXVI. (11) Nassovica.
- §. LXVII. (12) Palatina.
- §. LXVIII. Pomeranicam expendit.
- §. LXIX. (13) Sabaudica.
- §. LXX. (14) Saxonica.
- §. LXXI. (15) Württembergica.
- §. LXXII. nec non inter quosdam Comites Imperii
- §. LXXIII. & Barones jus Voti & Sessonis in Comitibus habentes
- §. LXXIV. Nobilesque immediatos,
- §. LXXV. item Principes & nonnullos Comites Italiae.
- §. LXXVI. ubi haud praetereundum, quod primogenito mortuo, senior ex descendibus excludat, jure representationis, in succedendo agnatos. Atque hic simul, quid obineat in Faeminarum illustrium & Apanagiatorum successione, intuitu Primogeniturae, expenditur.
- §. LXXVII. Agnati tamen vocantur ad successionem si primogenitus (1) sine legitima prole decedat.
- §. LXXVIII. (2) si sit inhabilis, (I) ob defectum naturalem, qui se exferit in dementibus & furiosis.
- §. LXXIX. mutis, surdis, caecis &c.
- §. LXXX. non deformibus &c.
- §. LXXXI. (II) ob defectum legalem: ut (a) Clericus
- §. LXXXII. (B) ob Crimen indignus.
- §. LXXXIII. (III) ob renunciationem.
- §. LXXXIV. Conclusio.

Q. D. B. V.

§. I.



Um titulus nostræ dissertationis haud obscurus videatur, a multorum recedere consuetudine, & in explicandis vocum significationibus, copiose haud versari, consultum erit. Brevissimis indigitasse sufficiat,

quo sensu Primogenituræ vocem accipiamus, quidque per emolumenta inde in territoria redundantia intelligamus. *Primogenitura* itaque est *jus successione legitima, universalis, individua, inter illustres familias receptum constitutumve ei, qui in genituræ ordine primo loco est natus, competens.* (a) Istud jus successione est vel receptum vel constitutum; Illud procul dubio in plurimis Provinciis obtinet, ubi non ex certa lege primogenitus succedit, sed ex mera consuetudine, quæ per diuturna observata fuit tempora, sic quamvis Gallicæ leges, Salicæ nominata, fœminas a regni successione excludant, nihilominus de primogenito nihil expresse disponunt, qui tamen, per longissimam annorum seriem, Gallorum sceptrâ tenuit. Solet autem quandoque istud jus expressa dispositione vel inter vivos, ut in Gente Hassiaca, aliisque Serenissimis Familiis, vel mortis causâ introduci, cujus posterioris exemplum intuitu Comitum Oettingensium adduxit MULTZIUS, (b) de quibus infra (c) uberius dicendi campus se aperiet.

Primogenitura descriptio.

ea est vel recepta

vel constituta, vel inter vivos, vel mortis causa.

(a) FRANC. ZABARELLA *conf.* 129. COVARRUV. *var. resol.* L. III. c. 5. n. 3. TIRAQUELL. *de jur. Primog.* qu. 21. seq. BESOLD. *de Success. reg.* L. 1. *dissert.* 2. n. 2. JO. JOACH. a RUSDORFF. *Vindic. Caus. Palatin.* C. IV. n. 2. seq. & C.

VII. n. 50. Dn. LUDOLPHUS *de introduct. Jur. Primog.*
Part. Spec. Aph. 1. n. 1. seqq.

(b) *Repräsent. Majestat. Imperat. Part. II. C. XIV. §. 4. p. m. 491.*

(c) §. XLIX.

§. II.

Quid per
Emolumenta
 intelligatur.

Emolumenta; quorum in frontispicio hujus differ-
 tationis mentionem fecimus, ne & illa obscuriora qui-
 busdam videantur, nobis *significant singularia bona, qui-*
bus vera Reipublicæ salus acquiritur, conservatur, vel pro-
moveretur, atque mala præsentia & futura, eidem adversa,
evitantur. Quibus rite perspectis, nec titulum, nec de-
 scriptiones nostras amplius illustrabimus, cum præcipua
 momenta in subsequentiis, & rationibus & exemplis,
 deducere apud animum constituerimus. Unde rem ipsam
 aggredimur.

§. III.

Primogenitu-
 ra quam ma-
 xime condu-
 cit incremen-
 tis & emolu-
 mentis terri-
 toriorum.

Cum itaque certum sit, jus Primogenituræ ab omni
 fere avo, & apud cultas quasque gentes, fortissimum ful-
 crum & vinculum omnium regnorum & Illustrium Fa-
 miliarum habitum fuisse; (a) nemo, qui & antiqui &
 medii ævi historias perlustravit diligenter, inficias ibit,
 per illud omnibusterritoriis, in quibus obtinuit, maxi-
 ma emolumenta enata esse, & illius beneficio imperia
 subinde pristinum recuperasse vigorem, securitatem sub-
 ditorum firmatam, variaque, circa successionem, diffi-
 dia sublata, atque extincta fuisse, quod & nostro avo ipsa
 res evincit. Utque eo certius de illo constet, singulatim
primo quænam præcipua ex primogenitura descendant
 emolumenta, demonstrabimus, & *postea* ad territoria, in-
 primis Germaniæ, applicabimus.

(a) *vid.*

(a) *vid.* LUDOV. MOLINA *de Juslit. & Jur. Tom. III. P. I. Tr. 2. disput. 626.* ENGELBRECHT. *de Success. in Electorat. ex primogen. in Princ. & infra §. XXVI. siqq. Dissert. nostra.*

§. IV.

Maximum emolumentum sine dubio consistit in eo, quod hocce jus varias imperiorum ac territoriorum divisiones removeat, partitionibusque particularibus obflet. Id enim quotidiana docet experientia, multisque divisionum, felici successu destitutarum, exemplis comprobatur, amplitudinem viresque regnorum frequentioribus debilitari divisionibus, ac labefactari. Imo, consequentium temporum calamitates, motusque graves, & dissidia inter socios, maxime salutarem hanc rebus humanis opinionem confirmant. (a) Nec ab exemplis, in historia passim obviis, quod plures æquali consortio principatu sint potiti, atque regnum summa cum virtute & concordia, imo & felicitate, conjuncto sceptro, administraverint, argumentum deduci potest; cum humanæ societatis conditio ita comparata sit, ut ex his & similibus rarioribus singularibusque virtutum exemplis, quid Reipublicæ indoles exigat, vix judicari queat, & ad communem potius hominum affectum respici oporteat. Quo considerato, & exemplorum crebriorum ratione habita, elucescet, quam exigua fides in regnorum societate deprehendatur, & quod talis potestas impatiens esse soleat consortis; (b) ex quo illi tutissima incedunt via, qui ad evitanda incommoda, ex divisione descendencia, soli primogenito imperium deferendum esse, judicant.

dum Imò
corum divi-
sionem, quæ
noxia esse so-
let, non ad-
mittit.

(a) *vid.* MARIANA *de reb. Hispanic. Lib. IX. c. i. ubi inquit: consequentium temporum calamitates motusque graves, &*

C 3 *dissidia*



disidia inter fratres & necessarios documento erunt bona posteritati, regni hereditatem praesertim cum modica est, neque latissimis regionibus patet, individuam esse debere &c. Gentem quidem nullam video, neque tanta humanitate atque doctrina excultam, neque tam feram atque immanem, apud quam haec persuasio non pervaserit, & video tamen plerosque, ab omni memoria, indulgentia veluti paterna victos, aut preposteram cautione persuasos, imperium in plures divisisse, quos perperam atque inepte fecisse, tristissimi plerumque rerum eventus declararunt, neque tamen deteruerunt alios, ne majorum errorem imitarentur. Nimirum abolita & opiniones sepe recurrunt, dum humani ingenii iudicio praeterita praesentibus commodiora fore putantur, & sua quisque spei nimium indulget.

(b) vid. LUCAN. L. 1. de bell. civ. v. 92. seq. FORSTNER. ad TACIT. Ann. XV. 2. BETSIUS d. pact. fam. Illustr. c. VIII. §. 3. Dn. LUDOLPHUS de introd. Jur. Primogen. Part. Gen. App. VII. n. 7. Cel. JO. PETR. LUDEWIG in der Erleuterung der gülden Bullen ad Tit. VII. §. 2. p. 668.

§. V.

II. unum caput regens constituit.

Dum enim unum caput regens constituitur, intestina eo ipso tolluntur disidia, quae facilius, si multorum non aequae pareretur imperiis, subnascerentur; Quod nec a sana ratione alienum est. Si enim primæva regnorum & Principum institutio aspiciatur, quam plurimum unum regnum & uni delatum est, ex quo fluit, idem & in successione observandum. (a) Praestat enim unum regere, quam spargi imperium in multos Principes, cum facilius, & minori cum incommodo subjectorum, unus, quam plures, alantur Principes, (b) & diviso patrimonio, singuli invalidiores efficiantur, adeoque totum corpus facilius

lius ruat, splendorque illius diminuatur. (c) Cum qua
 nostra sententia verba Speculi Suevici (d) conspirant:
*Man mag kein Fürstenthum mit Recht zweyen Männern ge-
 leyhen &c. Ihr iedweder mag mit Recht nicht ein Fürst da-
 von geheissen noch geseyn &c.* (e) *Ista non exigui ponde-
 ris momenta notavit quoque specialis ordinatio Johan-
 nis, Principis Anhaltini, de Anno 1649. d. 29. Octobr. qua
 in Domo Anhaltina Servestana jus Primogenituræ intro-
 ductum, cujus mentionem facit BECMANNUS (f) his
 verbis: Als auch bey der Hoch-Fürstl. Anhalt-Zerbster Linie in
 Erwegung gekommen, das, bey künftiger Vermehrung der
 Hoch-Fürstl. Nachkommen eine Verminderung des Fürstl.
 Splendours entstehen würde, wenn jeder absonderlich die Re-
 gierung führen wölte: Man sich auch erinnert, wie sich an-
 dere Durchl. Häuser durch das Primogenitur-Recht guten
 theils in beharrlichen Flor erhalten, und zu noch grössern
 Aufuehmen gediehen &c. nec non ultima voluntas Chri-
 stiani Senioris, Ducis Saxo-Martisburgici, (g) his verbis:
 gestalt es denn klar und am Tage ist, welcher massen unsern
 Lander dergestalt nicht zureichen, das ein jedweder un-
 serer freundlich geliebten vier Söhne eine eigene Regie-
 rung, oder nur einen Fürstlichen Staat, an Dienern, Beamten
 und anderer Nothwendigkeit führen, weniger unsers Fürstl.
 Haus ses Dignitet, Respekt, Hobeit und Splendor, zumahl da
 hinkünftig, wie zu vermuthen, allerseits mehr Fürstl. Erben
 erzeuget würden, in ihrem Wesen und Integritat verbleiben,
 oder es mit denselben, bey solchen vielfeltigen Zerreiß- und
 Zergliederungen unserer Lande und Vielheit der in Land und
 Leute succedirenden Herren, als wodurch, gleich einer Ab-
 leitung grosser Schiff-reicher Flüsse in kleine verächtliche Bæ-
 che, nicht allein vornehme alte Häuser an ihren Nahmen, Re-
 putation*

putation und Kräfte augenscheinlich geschwächt, und herunter kommen, sondern auch Land und Leute, so wohl zu solcher Fürstl. Häuser selbst, als auch des allgemeinen Wesens Schaden und Nachtheil, zerrüttet und getrennet, durch die verderbliche Afsortirung Fürstl. Ansehens, gantzlichen erschöpffet, und ins Verderben gestürzt werden, in die Länge unmöglich würde Bestand haben können, anderer unzählbaren handgreifflicher Ungelegenheiten, wie aus solchererspaltung eines hohen Hauses gemeinlich zu folgen pfleget, zu geschweigen, um welcher willen nicht allein heut zu Tage fast im gantzen Röm. Reiche Teutscher Nation das Recht der Erst-Geburth eingeführet, sondern auch selbiges in denen vorigen undencklichen Zeiten, von denen meisten ubralten Teutschen eben so wohl beobachtet, und noch immer, in auswertigen Christlichen Königreichen und Landen, im Brauch gehalten, und vor eine, dem natürlichen Recht nicht zuwider laufende, sondern vielmehr den würcklichen Beyfall der vernünftigen Völker, ja eine nummehr durchgehende Regel der Observanz in denen Fürstenthümern vor sich habende, gantz billige, rechtmässige und höchst nützliche Anstalt erkennen, und darbey dieses gar nicht angesehen wird, daß bey derselben, gleich wie bey allen zeitlichen Dingen, bevorab denen Landes-Regierungen, sie seyn beschaffen wie sie immer wollen, sich hier und dar ein und andere Unvollkommenheiten und Gebrechen je zuweilen finden lassen, denen jedoch, so viel möglich, vorgebauet, oder dieselbe zum wenigsten gemindert werden können. (h)

(a) *vid.* H. GROTIUS *de Jur. Bell. & Pac.* L. II. c. VII. §. 12. 13. & 14. PUFFENDORFF. I. N. & G. Lib. VII. c. VII. §. II. & 12. *seqq.* j. HERTIUS *in not. ad h. l.*

(b) LIVIUS *Lib. I. c. VI.* TACIT. *Annal. Lib. I. c. 2.* JUSTIN. *Lib. XXI. c. 2.* THUAN. *Lib. LI. p. m. 1053.*

(c) *vid.*

(7)

- (c) *vid.* THUCYD. *Lib. VIII. p. m. 482. add.* KLOCK. *Tom. I. Consil. VII. n. 758. seqq. Consil. XI. n. 155.* MERTZ. *Specul. Success. univ. Part. I. c. 3. Sect. 2. n. 3. seq.*
- (d) *Libr. I. artic. 20. § 3.*
- (e) *vid.* GOLDAST. *de Majorat. Libr. II. c. XVII. n. 21. p. m. 180.*
- (f) *In der Historie des Fürstenthums Anhalt Part. IV. C. I. n. 4. p. 506.*
- (g) *ap.* LUNIG. *im Reichs-Archiv. Part. Spec. part. II. p. 228.*
- (h) *conf. allegata Diplomata de singulis Famil. Sereniss.*

§. VI.

Ne tamen per solam primogeniti successionem, ejusque singularem præminentiam, agnati illius ab omni commodo arceantur, ipsis per Apanagia consulitur. Sic primogenitum apud Longobardos Regem, fratres Duces nominatos fuisse testantur RENATUS CHOPPINUS, (a) RUSDORFF, (b) aliique, in nostra vero Germania postgenitos, ad differentiam Primogeniti, domicellos seu *Jungkern* dictos fuisse, constat. (c) De Bavaria tamen & Saxonia Ducatu, ita BOTHO in Chron. Picturato Brunsvic. ad a. 987. (d) *So was so düet eyn wise, de eldste Broder dat bleyff eyn Hertoghe, de jungste eyn Greve*; quem morem etiam in aliis Ducatibus obtinuisse, (e) præsertim si posteriori loco nati Comitatus fuerint adepti, (f) testatur PERILL. AUTOR *des Europ. Herolds* (g) eundemque hodie apud plerosque novos Principes in usum fuisse reductum, ex diplomatibus Cæsareis patet. Sane cum, juxta naturalem rationem, fratres hæreditatem inter se patiantur, (h) insignis juris Primogenituræ effectus est, quod ultrageniti apanagio contenti esse jubentur, cujus constitutio prudenter facienda est. Dicimus autem Apanagium *concessionem certorum juris, fructuum & proventuum, ultragenitis ad alimenta inde capi-*

III Reliquis
agnatis per
prudentem
Apanagiorum
constitutionem
consulit :
ubi confide-
ratur Apana-
gii
descriptio
ab eis manet
hanc ubi

D

capienda, vel specialibus familiae pactis, vel consuetudine, vel lege expressa, ad splendorem stirpium conservandum, legitime factam. Germ. *Abfindung, Fürstl. Unterhalt, Deputat.*

derivatio

Cæterum de vocis origine minime erimus solliciti, sive illud a *panis provisione s. pane quotidiano* derivet CHOPPINUS, (i) sive *abbanagium*, quasi quis partem exclusoriam dicat, efferant, illudque derivent a banno, Germanica voce, quasi *Abbannung, Abfindung, Hindanweisung* (k) sive etiam Græcæ, ab *ἀπαγ* s. *παγ*, & *ἀγιον* (l) aut Gallicæ originis a *pain* apanagium reputetur. (m)

constitutio

Nec etiam illud movebimus, utrum magis conducat territoriis, apanagium in pecunia, an vero in terris certis, constitui, utpote, de quo nihil certi constare poterit, nisi cujuseunque regionis, quæ primogenitum colit, indoles speciatim indagetur. Illud tamen notari meretur, quod nonnulli haud vulgaris eruditionis Viri, quando in certis terris constituitur apanagium illud *paragium* nominari velint. (n) Nos in sensu tam lato apanagium describimus, ut etiam, quod quidam paragium appellare malunt, sub illo comprehendamus, idque distinguimus in *Proprium, quod strictam Apanagii naturam retinet, & Improprrium, quod a stricta apanagii natura recedit.* Illud dependet a jure Primogenituræ stricto, hoc per conventiones & pacta plerumque constituitur. (o)

divisio

*Apanagiatii
competens
dignitas.*

Quamvis vero hoc modo apanagiatii Principes ultrageniti, a jure Successionis in primogeniti terras ab ipso excludantur, nihilominus tamen penes illos honor splendorque Principalis & Familiæ remanet, illique quandoque privilegia Austregarum cum Primogenitis communia habent, & dignitates illustres retinent, sed absque territoriali potestate. Ad quem cognitio in casu delicti commissi per-

forum in delictis remitt.

tineat,

862

tineat, data opera prætermittimus. (p) Filiabus Apanagiatorum Dos a Principe regente solvenda, præsertim si moribus vel pactis id introductum, ut in Sereniff. Saxonica, Brandenburgica & Würtembergica domo; (q) quod si familia Apanagiatorum nimium augeatur, quantitas, non tamen ex necessitate simplici, augenda. (r)

onus dotandi
Principi re-
genti incum-
bens.

- (a) *d. doman. Franc. L. I. Tit. I. n. 15. & Tit. VI. p. 64. 349.*
- (b) *Vindic. caus. Palat. c. VI. n. 33.*
- (c) *vid. SPRENGER. bon. Princ. axiom. XIII. p. 80. SPRINGSFELD. de Apanag. c. III. n. 24. seqq.*
- (d) *apud LEIBNITZ. Script. Brunsvic. Tom. III. p. 315.*
- (e) *conf. GRYPHIANDER. d. Weichbild. Sax. c. 62. n. 13.*
- (f) *conf. JO. a LEIDIS Chron. L. XXIX. c. 2.*
- (g) *Tom. I. p. 234.*
- (h) *DD. in cap. licet. X. de voto.*
- (i) *all. I. de Doman. Franc. L. II. Tit. III. n. 3.*
- (k) *conf. PRÆTÆUS in Lex. voc. Apanag. ALSTED. Encyclop. L. XXIII. c. 3. n. 43.*
- (l) *LIMNÆUS ad A. B. c. XXV. §. 2. obs. 3.*
- (m) *conf. JOSEPHUS antiqu. Judaic. libr. IV. c. 6. SPRINGSFELD. de Apanag. c. 1. n. 29. seq. THOLOSAN. in Syntagm. Jur. Libr. VI. cap. 6. n. 23. LIMNÆUS d. l.*
- (n) *Primus hanc distinctionem ad mores Germania adplicavit NIC. BETSIUS de pactis Illustr. c. VIII. §. 4. p. 216. Hunc secutus JO. SCHILTERUS de Paragio & Apanagio, qui hanc materiam plenius exposuit. Contradicit tamen B. HERTIUS in diff. de commentitia Apanagii & Paragii distinctione in Rom. Germ. Imp. Principatibus profanis & comitatibus, cui respondet D. EPHR. GERHARD, qui sub Præsidio THOMASIANO vindicias distinctionis inter Apanagia & Paragia proposuit. Contra hanc prodiit discussio atque castigatio vindictiarum Eleuteropoli 1711.*
- (o) *SPRINGSFELD. d. Apan. Cap. II. n. 1. seqq.*
- (p) *conf. PERILL. AUTOR. des Europaischen Herolds*

Tom. I. p. m. 6. j. MULTZIUS *repræsentat. Majestat. Imperat. P. I. cap. XX. §. 6. n. 30.* ID. *Part. II. C. XXVI. memb. V. §. 2. n. 47.*

- (q) *vid. ITTER. d. feud. Imper. c. XVIII. §. 12. SPRINGSFELD. d. Apanag. Cap. XI. n. 271. Add. LIMN. ad A. B. c. 25. §. 2. Obs. XI. & RHETIUS Diff. de port. aliment. c. 3. n. 51. seqq.*
- (r) *vid. ITTERUS d. l. c. XIII. §. 7. LIMNÆUS d. l. Observ. VII. conf. Exempla in annot. MYLER. ad RUMELIN. comm. ad A. B. Part. III. diff. 5. th. 14. p. 778.*

§. VII.

IV. Superioritatem territorialem firmiter demonstratur ex emolumentis inde proficiscentibus

Quæ autem hæctenus de utilitate ex primogenitura in territoria promanante diximus, commode demonstrari poterunt, si insigniores & feliciores superioritatis territorialis effectus, inde fluentes, spectemus. Cum enim primogenitus regno vel Provincia administrandæ solus præponatur, jura quoque illi regimini annexa nanciscitur, quæ, ut plurimum, in Superioritate hæc consistere solent, Germ. *in der Landes Obrigkeit, Landes-Fürstl. Obrigkeit, Landes Hobelt und Herrligkeit.* (a) Ex quo facile intellectu erit, nos in præsentî specimine adeo generalem haud instituire considerationem, quæ ad omnes Illustres domus, in quibus Primogenituræ jura coluntur, se extendat, sed potius illico liquebit, de istis territoriis verba fieri, in quibus regenti superioritas territorialis est quæsitâ.

(a) *vid. BESOLD. & WEHNER. his vocab.*

§. IIX.

intuitu (1) juris circa facta.

Postquam igitur tota jurisdicção & potestas ecclesiastica, quam Pontifices sibi antea asserere conati erant, tandem Pace religiosa Imperii nostri Statibus, qui Proteflantes

¶ (II) ¶

stantes dicuntur, in suis territoriis restituta, sicque inter il-
 lorum superioritatis territorialis effectus numerata, (a)
 merito a jure sacrorum initium facimus. Facili autem ne-
 gotio demonstrari potest, quod sacrorum cura quoque me-
 lius haberi possit, si Primogenitus solus, quam plures, sa-
 cra curet. Maximum enim in territoria fluere solet in-
 commodum, cum, qui pro diviso imperant, alias & non
 toleratas in territoriis velint introducere religiones; ut-
 pote, si unus libero diversâ religionis exercitio faveat,
 alter sacra recepta colat, ex hoc discrimine non poterit
 non maximum in terras divisim gubernatas redundare
 exitium, facilius evitandum, cura religionis, sine qua sa-
 lus Reipublicæ obtineri nequit, soli Primogenito deman-
 data & relicta. (b) Atque hæc cura sacrorum in varium
 se diffundit objectum, dum tribuit potestatem judican-
 di de rebus eo pertinentibus, synodos convocandi, collo-
 quia Theologorum & congregationes instituendi, le-
 ges ac ordinationes ecclesiasticas ferendi, dispensandi,
 visitandi, &c. quæ facilius uni Principum, tanquam pri-
 mogenito, scepra tenenti concedi poterunt, (c) quam
 pluribus, non eandem omni tempore soventibus senten-
 tiam, committi, quo respublica ex multorum capitum di-
 versis sensibus subnascens exitium evitare valeat. Sed
 quid de mensibus Papalibus, (d) annatis, [quas a Luthero
 ipso Principibus Evangelicis certo modo commendatas
 fuisse, recenset Cel. JO. PET. LUDEWIG (e)] & pro-
 visionibus dicendum. Hæc in Capitulis Evangelicis Prin-
 cipibus vindicari, Pontificis jure in J. P. W. art. V. §. 19. 48.
 suspenso, videas; singulorum tamen Capitulorum jura
 accurate hic sunt expendenda. (f) Itaque tum unius ar-
 bitrio omnia in causis hisce facilius dirigentur, atque
 unus

ubi emolu-
 menta sese ex-
 ferunt in ne-
 gotio
 (a) religionis

(s) mensium,
 Papalium,
 (y) annata-
 rum
 (d) provisio-
 num.

unus, fide prudentum confiliariorum fultus, melius, quam plures, circumspicere poterit, ne homines inertes & ad publica negotia inidonei beneficia accipiant. (g) Restat nunc, ut & eas, quæ ex Advocatia in primogeniti terras promanare queunt, utilitates, brevissimis attingamus. Cum defensionis seu advocatiæ jus ecclesiasticum in territorio suo Domino etiam Evangelico competere, jam dudum extra dubium fuerit positum, vi R. J. de anno 1524. §. 28. j. de anno 1526. §. 4. ubi Status Imperii defensores & protectores fidei vocantur; denegari hoc iis non potest. a. I. P. W. art. 8. §. 1. j. art. 5. §. 48. (h) Equidem, docente Capitulatione, ipse Imperator non tantummodo Ecclesiæ Romanæ, sed & Evangelicæ, Advocatiam universalem in se recipit, sed ea ab advocatia dominorum territorii diversa est, qua singuli curam rei ecclesiasticæ, inspectionem & defensionem habent. d. R. J. (i) Hoc igitur officium Primogenito, qui imperii fasces tenet, sola ejus voluntate expediri, quam plurimum ingeniis, in diversum & contrarium sæpe flecti solitis, committi, satius est. (k)

(r) advocatia ecclesiastica.

- (a) *vid.* B. HORN. *Jurispr. publ. c. LIX. §. 3.* SCHILTER. *de Pac. religios. c. III. §. 15.* PET. MULLER. *de Jur. Episcop. in terris Protestant. a Roman. Cathol. injuste præten- sa reviviscentia Sect. I. cap. 2. §. ult.* OLDENBURG. *ad J. P. W. P. I. D. X. §. 7.* TABOR. *d. reg. Imp. Ecclesiast. Sect. I. th. III. §. XXIII. seqq.* SCHLEVOGT. *d. Advocat. Imp. Ecclesiast. th. V. j. STRYCK. de Jure Papal. Princ. Evangel. Cap. I. §. V. & X. seqq.* H. GROTIUS *de Imp. summ. potest. circa Sacra Cap. I. §. 14. Cap. II. §. 5.*
- (b) *conf.* ARNISEUS *de Jur. Majest. L. II. c. VI. §. 4. & ult.* GROTIUS *all. loc. Cap. I. p. 7. add.* TABOR. *in d. Tract. Sect. I. th. XXII.* RHETIUS *Instit. Jur. publ. L. II. tit. I. §. 8.* LEHMAN. *de Pace Relig. cap. 5.* B. HORN. *d. l. §. 4. seqq.*

(c) *vid.*

- (c) *vid.* Ill. LYNCKER. *Anal. ad SUEDER. Jus Publ. Part. Spec. Sect. I. cap. V. §. 6.*
- (d) *conf.* Dn. BOEHMER. *ad L. III. Decret. Tit. V. §. 119. seq.*
- (e) *de Jure Annat. cap. III. §. 1.*
- (f) *vid.* B. HORN. *Jurispr. Publ. cap. LIX. §. 10.* STRYCK. *de Jure papal. Princ. Evangel. Cap. IV. §. 1. 8.* RHETIUS *d. l. p. m. 249.* BOEHMER. *d. l. §. 120. add.* LUDEWIG *all. loc. §. 3. 4.* LONDORP. *Act. Publ. Tom. V. p. 165.*
- (g) HORN. *d. l. §. 10. p. 630.*
- (h) *conf.* WEGELIN. *in observ. ad Capit. Caroli VI. art. 1. p. 15.*
- (i) *conf.* Capitul. Leopold. §. 1. *verb. noch erstgedachter Advocatia &c. j. Capitul. invictiss. Caroli VI. Art. I. verb. circ. fin. Denn auch gedachter Advocatia &c. add.* SUEDER. *Jur. Publ. Part. Special. Sect. II. cap. 12. §. 7.* BRUNNEMANN. *Jur. Ecclesiast. L. II. cap. VIII. §. 29.* LIMNEUS *Tom. I. Add. ad J. P. L. I. c. 5.* MULDENERI *Diss. de protectione ab Imperatore ecclesiis utriusque religionis in Germania æqualiter debita.*
- (k) *conf.* LINCKIUS *de Jur. Episc. Cap. XIV. n. 181. seqq.* KLOCK. *Vol. I. Consl. XXXVII. n. 4.* MYLER. *Archolog. c. XIV. §. 4. seq. j.* NITSCH. *ad Capit. Joseph. C. I. II. III. Dn. à ZECH. ad Capit. Car. VI. art. III. p. 8.* HEIDER. *von denen Reichs-Voigtbeyen. p. 53.*

§. IX.

Primogenituræ utilitatem in Statu Politico se quoque exserere, insignis ille commonstrat effectus, quo leges in eodem ferendæ ad illius tantummodo, qui publicam rem gerit, & solus facultate nomothetias gaudet, arbitrium & voluntatem præscribuntur, sicque ad unum summa rerum, in decidendis etiam controversiis secularibus, pertinet. (a) Ita enim legum introductio, mutatio, abrogatio (b) necessaria accelerari, consiliorum & sanctionum tarditas evitari, privilegiorum, [e. g. monopolii,

(2) juris circa ferendas leges,

earumque in-
terpretatio-
nem, quæ est
vel avibenti-
ca,
vel doctrina-
lis,

polii, nundinarum minus solennium &c. (c)] benefi-
ciorum, dispensationum &c. facilitas adjuvari potest. (d)
Pari modo territoria maxima emolumenta, ratione inter-
pretationis percipient, si penes solum primogenitum
hæreat potestas, suas vel antecessorum leges authentica
interpretatione declarandi, aut illarum explicationem
doctrinalem, in casibus dubiis, Ministrorum constituto-
rum, vel Collegiorum Juridicorum dexteritati ac pru-
dentia committendi: (e) in eo enim insigne laboris de-
prehenditur levamen, quod unius tantum præsidio frui,
illius voluntate sola stare, & mutuum regiminis confor-
tium, discordiam, interpretationibus sæpe fatalem, exci-
tans, evitare queant. (f)

- (a) *conf. Dn. LUDOLPHUS de introd. Jur. Primog. Part. Gen. Aph. XV. n. 4.*
 (b) *conf. GROTIUS de Jur. Bell. & Pac. Lib. II. c. XX §. 24.*
 (c) *ZIEGLER. d. jur. Majest. L. I. C. XLIII. §. 4.*
 (d) *conf. B. HORN. Jurisprud. publ. C. LX. §. 1. 8. HERTIUS de divis. regn. Sect. III. §. 2. GEORG. BEYER. de oblig. Success. III §. XXVIII. ZIEGLER. de jure Majest. L. I. cap. VII. §. 5. & 6.*
 (e) *vid. HORN. c. l. §. VII.*
 (f) *Dn. LUDOLPHUS d. Tr. Part. Gen. aph. XV. n. 4.*

§. X.

(3) juris ag-
gratiandi
jus aggrati-
andi quid?

Porro ad hanc potestatem, primogenito in antece-
dentibus assertam, referri potest aggratiandi jus, seu de-
linquentibus gratiam faciendi facultas, quam rectius ab
uno regente, quam pluribus, propter dissensus metum
exerceri, nullus ambigo, (a) sive in totum pœnam pro-
meritam leges suas (b) violantibus remittere velit; sic
enim sola ejus voluntas custodienda, nec contradictioni-
bus obnoxia erit: sive pœnæ acerbiteratem mitigare & ge-
nus

865

nus supplicii forte mutare animum inducat; quo casu ejus standum dispositioni, remoto metu, qui propter consortis dissenfum, si gubernandi officium divisum esset, facile judicantibus remoram & difficultatem injicere valeret.

- (a) *vid.* ZIEGLER. *d. Jur. Majest. L. I. c. VII. n. 2. & c. VIII. n. 1. sqq.*
- (b) *conf.* HORN. *Jurispr. publ. c. LX. §. 8. de casu homicidii doloſi, in quo dispensationi locum non relinquit, a. Gen. c. IX. v. 6. j. n. exemplum Casimiri III. Regis Pol. qui penam capitalem in homicidas doloſos statutam, Nobilibus suis quodammo- do remiſit, his verbis: Quamvis occidens hominem secundum Dei & legum sanctiones esset capitali pœna plectendus: nos tamen illum rigorem temperantes, &c. vid.* HARTKNOCH. *de Republ. Pol. L. II. C. V. §. 17. item AUTOR des verovirreten Poblens pag. 49. add. Ill. Bar. à FRIESEN. diff. d. Jur. Princ. extra territor. Cap. II, §. 8. n. 30. sqq.*

§. XI.

Summam potestatem judicariam in territorio partem esse Superioritatis territorialis abunde patet, (a) cui cum Princeps ipse non possit per omnia vacare, Superioribus Dicasteriis, *denen Landes-Regierungen*, (b) inferioribusque collegiis plerumque conferre solet potestatem lites civium cognoscendi, & decidendi, singulorum facta, an legibus sint conformia, examinandi, inque delinquentes animadvertendi; &c. adeoque haud dubie Summæ potestatis vis ad omnes causas judiciales se extendit, atque a Superioritate territoriali tanquam effectus ex causa, fluit. (c) Itaque jurisdictio territorialis uni tantummodo adplicata efficiet, ut judicia de causis controversis rectius & accuratius instituantur, justitiæ exercitium Viris probis & peritis citra ambages concedatur, nec ex variorum Principum condominio, in jurisdictione territoriali, confusiones turbationesque oriantur. (d)

(4) jurisdictio territorialis.

E

(a) *conf.*

- (a) *conf. GROTIUS de Jur. Bell. & Pac. L. I. C. III. §. 6. PUF- FENDORF. d. J. N. ac G. L. VII. C. IV. §. 4. HERTIUS ad h. l. verb. intelligitur.*
 (b) *vid. HORN. Jurispr. publ. C. LXIV. p. 714.*
 (c) *HORN. c. l. cap. LX. §. 9.*
 (d) *HERT. c. l. Add. FROMMAN. d. condom. territor. C. VII. §. 7.*

§. XII.

(g) *exactionis fidelitatis, quæ est vel ministerialis, vel subjectionis s. homagii, vel feudalis s. vassallagii.*

homagium quid?

Fidelitas Domino territorii præstanda tripliciter plerumque sumi solet: alia enim dicitur ministerialis, it. domesticitatis, *Ambts-Pflicht*, (a) *quæ ratione officii concre- diti*; alia subjectionis seu homagii, *Erb-und Landes-Hul- digung, quæ a subditis*; alia feudalis, vassallagii, *quæ a Vasal- lo intuitu feudi promittitur, die Lehn-Pflicht*. (b) Non autem hic de nexu inter fidelitatis & subjectionis Sacra- mentum, nec de distinctione homagii personalis & realis, aut de vassallorum & subditorum similitudine erimus sol- liciti, (c) sed potius, instituti nostri rationem habentes, quæ ex commemorata fidelitate, si juramentum soli Pri- mogenito præstetur, in territoria commoda provenire queant, paucis excutiemus. Homagium nimirum, seu *subjectionis jurata promissio*, regulariter solis actu regenti- bus præstatur, (d) quod majore cum facilitate & virtuteli- gabit subditos, quando ipsi Primogenito, qui solus re- gnat, recisis ambagibus, quam, si territoria divisa essent, vel singulis, vel ei, cui pars maxima competit, vel omni- bus, si conjunctim imperent, juretur. (e) Hinc in Sere- nissima Domo Brunsvicensi Duci Henrico Julio, Primog- enituræ titulo succedenti, soli An. 1559. præstitum fuit homagium, cujus tenorem exhibet SPRINGSFELD (f) Atque ita a solo Primogenito protectionem, quam hoc juramento præstito merentur, *den Landes-Schutz-* citius

866

citius ac melius consequuntur, ad eam tantum in dignitate sua, privilegiorum, juriumque conservatione respiciunt, (g) & uni domino reverentiam, fidem & obsequium facilius præstant. Multa quoque uberiora in terras subjectas promanant emolumenta, si Primogenito saltem, intuitu feudorum istius territorii, fidelitatis juramentum a Vasallis præstetur, quam si conjunctim regnantes illud exigant. Quando enim illi in communione jurium territorialium & ditionum existunt, haud melius vasallo consuli posse ducunt feudistæ, quam si is, cui jurari debeat, prævia clientis imploratione, dominorum arbitrio eligatur, qui si convenire nequeant, vasalli determinationi relinquitur, cui fidelitatis juramentum præstare velit. *a. II. feud. 33. §. firmiter. II. feud. 77.* Quo ipso larga controvertendi, & dissidia, inter dominos excitata, in Reipublicæ detrimentum, propagandi via aperitur. (h) Pari modo, cum de dominio plures inter se litigant, vasallus, qui dominum suum nescit, eidem jurare nequit; unde contingere potest, ut, absque præstatione juramenti fidelitatis, feudum diu possideat, atque, ob non persolutum in hoc casu jusjurandum, veniam mereatur. (i) Nec obstat, quod unus terras possidens pro se habeat præsumptionem juris *a. l. f. C. de R. V.* cum hoc casu possessio adeo possit esse vitiosa, ut ne quidem lite pendente proficiat. *l. 1. §. f. l. 2. ff. uti possid.* (k) Quæ graves Reip. lites evitantur, quando solus primogenitus succedit, & jusjurandum exigat, juraturique noxiis plurium succedentium altercationibus non exponuntur.

(a) HORN. *c. l. §. XII.*

(b) HENR. à ROSENTHAL *Syn. Feud. C. 6. concl. 35. n. 6. seq.*

(c) *conf. SCHILTER. Jur. Alemann. ad cap. IV. §. 9. Dn. BER-*

GER *resolut. Leg. obstant. ad LAUTERBACH. Tit. de Jur. rej. p. 168. it. de nexu Jurisjur. fidelit. & subje&f. Thef. 54. HORN. Jurispr. publ. C. LX. §. XII. p. 656. STRUV. S. J. F. Cap. VIII. Aph. 6. n. 9. RHETIUS Jur. feud. L. 1. c. 21. p. 78. 129. j. STRYCK. de Vasall. desert. cap. I. n. 26.*

(d) *vid. REINKINGK de Reg. Sec. & ecclesiast. L. I. Class. V. c. 4. n. 40.*

(e) *conf. SCHWEDER. Jur. publ. Part. Spec. Sect. II. cap. XI. §. 4.*

(f) *de Apanag. Cap. XI. n. 160.*

(g) *conf. I. P. W. Artic. III. X. XIII. j. KLOCK. Vol. I. consil. XIX.*

(h) *conf. BORCHOLT. de feud. cap. VII. n. 33. BODINVS de Republ. L. I. c. X. LUDWELL. Synops. feud. c. XI. p. m. 240.*

(i) *vid. STRUVIUS S. J. F. c. X. aph. 9. n. 6.*

(k) *vid. ROSENTHAL. Tr. de feud. Cap. VI. concl. 52. n. 3. seq.*

§. XIII.

(6) publicæ
rei curæ

1. intra terri-
torium

(a) dum indi-
cit comitia

Dum Primogenitus scepra capeffit, eo maxime intentus esse debet, quo salutem territorii publicam conservet, tueatur, augeatque: & terræ subjctæ fortissima inde perferunt emolumenta, quod unius sub umbra tutius, quam admissio regiminis consortio, parent. Eveniunt vero ista emolumenta, dum imperans publicæ rei curam vel intra territorium, vel extra illud gerit. Cumque jus convocandi & indicendi comitia, *den Land-Tag auszusprechen*, in territorio ipsius maxime publicam promoveat utilitatem, idem melius per primogenitum, quam per agnatos, in communionem Imperii adscitos, expedire posse ex natura hujus regiminis liquet. Convocatione enim statuum provincialium facta, quam Dominus territorii multo liberius regulariter exercet, quam Imperator comitia indicens, (a) dum ab uno di-
rigan-

riguntur negotia statum provincialem concernentia, rectius, quæ res exigit, definiri possunt, quam alias, præsertim cum pertineant ad statum Reipublicæ, (b) quem si alii quoque sui & diversi sæpius arbitrii esse existiment, conventibus hujusmodi instituendis periculosa injiciuntur difficultates, & de jure proponendi in illis, legitimo territorii Domino competente, (c) non raro graviter disceptatur; hinc quandoque contingit, ut per multam ætatem provinciales conventus cum fructu non celebrentur, & status provinciæ pro talibus non agnoscantur. (d) Idecirco in quibusdam Serenissimis familiis, territorio licet quoddammodo diviso, potestatem comitia, sive diætæ provinciales indicendi, ad evitanda dissidia, solus Primogenitus exercuit; ceu factum esse in Serenissima Bavarica, Saxonica, & Hassiaca Domo meminit, & ex ipsis literis citatoriis, vulgo *Aus schreiben*, deducit SPRINGSFELD. (e) Quanta porro sit visitationum, revisionumque provincialium, in territoria redundans utilitas, quantumque emolumentum provinciis ex rationum gesti officii a Magistratibus exactio sollicita & publica quærat, effectus servientes securitati Reipublicæ, justitiæ promovendæ, ac arario Principum conservando & locupletando, abunde demonstrant, qui eo magis se exserunt, cum tales visitationes solius Primogeniti voluntate instituuntur & suscipiuntur. Præterea, peracto saluberrimo hocce revisionum negotio, unius regentis curam feliciter emendanda emendare, puniendâ punire, justitiâ morumque disciplinam, in ecclesiasticis pariter ac secularibus stabilire, & suam subditorumque salutem tueri, quam si plurium votis res decidenda sit, (f) ipsa evincit experientia. Atque id solum quoque ditionum emolumentis

(a) dum visitationes
 (γ) revisiones Provinciales instituit,
 (δ) rationes a Magistratibus exigit.

tis promovendis insignem ponere posse obicem arbitramur, si inter regiminis consortes controversatur, utrum visitationes tales sumtibus Principis, vel subditorum instituendæ sint, qua in re, in diversum euntibus sententiis, hoc, territoriis maxime proficuum negotium, facillime retardari, imo & quandoque in detrimentum Reipublicæ impediri poterit. (g)

(a) *conf. Capitul. Joseph. artic. III. Caroli VI. artic. XIII. in fin. & artic. XV. Add. MYLER. ab EHRENBACH. de Stat. ac Princ. Imp. Part. I. C. 45. j. B. HORN. c. l. c. LXIII. §. 2.*

(b) *ARNISEUS de Jur. Majest. c. IV. n. 17.*

(c) *Dn. HORN. c. l.*

(d) *conf. Ccl. Dn. BURC. GOTTH. STRUV. Præceptor quondam noster honoratissimus in S. J. P. diff. XXVI. §. 39. seq. BURGOLD. ad Instr. Pac. Westph. Part. I. discurs. XXIII. n. 4. p. 47.*

(e) *d. Apanag. Cap. XI. n. 194. seq.*

(f) *conf. AHASV. FRITSCH. de Visitat. Provincial. util. instit. c. V. n. 21.*

(g) *vid. AHASV. FRITSCH. c. l. n. 23. seq. HORN. d. l. §. 14.*

§. XIV.

2. extra territorium.

dum

(*) *solus ad Comitata vocatur.*

Extra territorium Primogenitum quoque ejusdem emolumenta insigniori studio promovere posse, quam si agnati simul regimen administrant, ostenditur ex eo, quod solus Comitatus Imperii interest, secundo genitis in apanagii jure acquiescentibus, (a) secus enim obtinet, quando territorium cum ipsa superioritate territoriali est divisum, cujus intuitu quandoquo singulis peculiare suffragium in comitiis indultum fuisse constat, ceu exempla Domus Saxonica lineæ Ernestinae, & Domus Brandenburgica, respectu Culmbacenſis & Onolsbacenſis lineæ, docent. (b) Ita etiam, post divi-

868

divisionem Hassiæ Landgraviatus, quatuor filios Philippi magnanimi, Guilielmum, Ludovicum, Philippum & Georgium, secundum distributas Provincias, omnes peculiari in comitiis suffragio usos fuisse liquet. (c) Quid de tali multiplicatione votorum sentiendum sit, uberius exponunt Dn. THOMASIIUS, (d) ITTERUS (e) alique. Antiquitus sumtus Cameræ Imperiali destinatos communi manu ab Imperatore & Statibus collatos fuisse, & ^{(g) sumtus ad Cameræ sustentationem solvit.} hos demum Anno 1548. hoc onus in se recepisse ipse R. I. de Anno 1548. §. und wiewohl Churfürsten &c. 30. testatur. (f) Ex quo tempore huc usque Cameræ iudicium sustentatum contributionibus Statuum in matricula Imperii definitis, & bis quovis anno festis, nimirum annunciationis & nativitatis Mariæ, hæ præstationes numerari solita, (g) in quibus solvendis controversia non semel mota est, si plures condomini territorium possideant indivisim, nec expensæ sustentationum Cameralium inter illos sint divisæ, quis istos sumtus ferre debeat, usque dum per Rec. Imp. de Anno 1576. §. bey Berathschlagung rot. definitum, originariam Domum vel ejus possessores illas expensas impertiri debere, ita tamen ut eisdem adversus consortes non adimatur regressus, verbis: *Ordnen wir, das allemahl der Stand, so das Stamm-Haus besitzlich inne hat, zu Erlegung der Reichs-Steuern mit Recht von unserm Fiscal belanget werden soll; doch demselben seine Forderung gegen seine Mit-Erben, oder Mit Besitzern &c. hiermit vorbehalten;* quod repetitum in Rec. Imp. noviss. de Anno 1654. §. 16. cum declaratione, verbis: *Es wäre dann, das das Haus so wohl als des Cammer-Gerichts Unterhalt unter sich getheilet, und solches dem Cammer-Gerichte notificiret, &c. &c.* Hinc cautela loco suggerit **TEXTOR.**

TOR (h) quod confortes convenire debeant, ante regiminis divisionem, de sustentatione partiali, iudicio desuper Camera notificanda, ne tandem terræ originariæ possessor solus eam contributionem facere compellatur; id quod exemplis familiæ Hohenloicæ, aliarumque Illustrium Domuum confirmat. (i) Hos tamen circuitus & exinde descendentes lites evitare licebit, si in utilitatem territorii, Primogenito soli deferatur successio, hique suo tantum nomine, ad quoram Cameralem contribuat, emolumentum & Camera, & suæ ditionis, eo ipso stabiliturus. (k) Collectis Imperii ordinariis, quippe quæ ad Camera sustentationem præstantur, perspectis, expedit extraordinarias quoque, quæ ad quascunque Imperii necessitates, operationes bellicas, munimenta Imperii, & horum provisiones, salaria Ducum militarium, vel similia, eroganda veniunt considerare, atque earum intuitu, territorii, Primogenituræ jura observantis, emolumenta declarare. Missio vario collectandi modo, *secundum communem denarium, secundum expeditionem Romanam, & secundum tractatus cum Statibus, des gemeinen Pfennigs, des Ræmer-Anschlages, gürtiger tractaten mit denen Ständen &c.* (l) ne sapius dicta repetamus, opere pretium erit, collectas illas, quæ hodie solvuntur, nimirum juxta expeditionem Romanam, *nach dem Ræmer-Zug, oder Ræmer-Monathen* intueri. (m) Ubi non movebo, primum Status hæc collectas ex redditibus suis cameralibus præstitisse, & subditos in subsidium, urgente earum gravitate, subcollectasse. vid. *R. I. d. an. 1576. §. und nachdem &c. II.* verbis, *aus ihren eigenen Cammer-Güthern und Einkommen allein zu leisten und abzurichten unerschwinglich fallen vwill, &c.* it. de An. 1582. §. 10. quod onus subditis eorum simpliciter

(y) collectas
Imperii zu
Vertretung
beym Reiche,
secundum ex-
peditionem
Romanam
erogat.

pliciter impositum, dum Statibus permiffum has Imperii collectas a fubditis exigere a. R. I. de An. 1548. §. 102. verb: Zu dem das jede Obrigkeit ihre Unterthanen &c. derhalben belegen möge, und die Unterthanen darinn zu gehorsamen fchuldig feyn sollen &c. it. R. I. d. An. 1576. §. 11. verb: ihre Unterthanen geift- und weltlich derhalben mit Steuer zu belegen, doch höher und weiters nicht, denn so fern sich einer jeden Obrigkeit gebührende Anlag erstrecken wird. (n) Primogenitus itaque facilius de oneribus hifce pacifci, e. g. durch Vertretung des Landes gegen das Reich, & Conventuum Provincialium & Ordinum ditionis suæ confensum impetrare poterit, (o) quam si consortes Imperii diversam foveant sententiam, & hoc ipso collectandi modum remorentur. Expedi etiam Primogenito soli jus collectandi in apanagio improprio concedi. Quamvis enim de eo moveatur controversia, attamen, cum Apanagiati territoriali & regalium jure carentes (p) regulariter potestate destituantur conventus indicendi, collectasque imperandi, (q) eorum huc usque extendendum non est arbitrium. (r) Quod si vero postgeniti fratres de Superioritatis territorialis jure in terris suis fuerint investiti, eisdem jus collectandi minime denegari poterit; (s) territorio tamen emolumento cedit, si unius voluntate talia expediantur, quod pactis similibusque modis effici potest. (t)

(a) vid. MULTZ. repräsent. Maj. Imp. Part. II. cap. XIX. n. 20. seqq.

(b) conf. LIMNÆUS Jur. publ. L. IX. c. 1. n. 45. & Tom. I. Add. ad Libr. I. p. 75. BERTRAM. de Comitibus §. 41. ITTERUS de Feud. Imp. C. XIII. §. 15. p. m. 686.

(c) vid. IMHOFF. notit. Proc. Imp. L. IV. Cap. VII. §. 9.

(d) not. ad MONZAMB. C. II. §. 1. in fin.

F

(e) all.

- (e) *all. loc.*
 (f) *conf.* JO. WOLFG. TEXTOR *ad R. J. d. An. 1654. Diss. II. th. 65.*
 (g) *vid.* MULTZ. *repräsent. Maj. Imp. Part. II. c. XVIII. n. 85.* KLOCK. *d. contribut. cap. XIX. n. 52. seq.*
 (h) *cit. loc. th. 74. seqq.*
 (i) *d. l.*
 (k) *conf.* HERTIUS *de division. Regn. vel quasi Sect. II. §. 10.* ITTERUS *de Feud. Imp. Cap. XIII. §. 16.*
 (l) *vid.* MAURITIUS *Dissert. de matric. th. 27.* KNICHEN. *Oper. Polit. L. II, Part. III. Sect. 2. c. 1. th. 3. p. 214.* SCHUTZL. *ad jus publ. Vol. II. Exercit. XI. th. 8. ubi* SCHARSCHMIDT *in addit. lit. b.* DATT *de Pac. publ. L. III. c. 5. p. 532.* ARUMÆUS *d. Comit. C. VIII. n. 33.* KLOCK. *d. arar. L. II. c. 53. n. 14. seqq.*
 (m) *conf.* ERIC. MAURITIUS *d. l. AUTOR des Discourses vom jetzigen Reichs-Tag. Part. I. lit. G. 4. & Part. II. lit. Z. 1. seqq.* OELHAFEN *in templ. Pac. Orat. V.* TEXTOR *de rat. Stat. Germ. c. XVI. p. 536.* ITTER. *de Feud. Imp. C. XXI. §. 9.*
 (n) *conf.* KLOCK. *Vol. I. conf. 28. n. 159. it. d. contribut. c. II. n. 97. seqq.*
 (o) SPRINGSFELD. *de Apanag. C. XI. n. 204. add.* COTHMANN. *Vol. IV. Resp. IV. n. 125.*
 (p) *vid.* KNICHEN. *d. jur. territ. C. III. n. 310.*
 (q) *vid.* MYLER. *Add. ad RUMELIN. in A. B. Part. III. Diss. V. th. 14. p. 777.*
 (r) *vid.* SPRINGSFELD *de Apanag. C. IX. n. 208. seq.*
 (s) *vid.* VULTEJ. *confil. Marburg. Vol. III. n. 42. 277.*
 (t) *vid.* COTHMAN. *Vol. IV. Resp. IV. n. 124.* KOEPPEN. *Decif. XXXII. n. 4. 8.* GILKEN. *ad Auth. quas actiones. C. d. Sacrof. Ecclesiis n. 10.*
- §. XV.
- (7) *juris fisci, ratione* Fisci jura S.R. J. Statibus superioritatis territorialis & regalium titulo (a) communicata, quilibet eorum in suo

suo territorio hodie exercet, & quæ olim ad Fiscum Imperialem referbantur, sibi vindicare solet, (b) maxime cum & privilegia confiscandi, & inde dependentia jura Statibus in J. P. W. Art. VIII. §. 4. confirmata fuerint, quod etiam repetitum in Capitul. Car. VI. Art. XIX. verb. *Seiner Regalien, Immedietet, Freyheiten, Rechten und Gerechtigkeiten, &c.* & Art. XXI. verb. *Wenn derselben Vassallen, oder Unterthanen ex crimine laesa Majestatis oder sonst die Lehn verwüretet hatten, oder noch verwüreten mächten, nach ihren Willen schalten und walten lassen, keinesweges aber dieselben zum Kaysrl. Fisco einziehen &c.* (c) Jure autem hocce uti debent, improbas exactiones detestando, ne territorium, ipsis subjectum, gravem jacturam patiat. Hinc media incedendum via, & neque in omnibus causis pro fisco respondendum *a. l. 10. ff. de jur. fisci.* (d) neque ejusdem privilegium nimis restringendum est. *a. l. 3. C. de primipil. l. 1. C. si propt. publ. pensit.* (e) Quod autem ex usurpatione hujus juris territoria majus sentiant emolumentum, si Primogenitus, exclusis reliquis, illud exerceat, ex eo liquet, quod, si plures sint imperii confortes, ad amplificandos singulorum redditus nova fisci commoda haud raro quærunt cum oppressione subditorum, (f) quo ipso publica salus valde læditur, territorii jura imminuuntur, & incolumitas subjectorum subinde evertitur, imo quandoque etiam turbæ hinc oriuntur. Cum enim difficillimi negotii res sit, Principes, talia molientes, ad judicium provocare, viam facti nonnunquam imprudentes subditi eligunt, & hoc modo in varias calamitates incidunt, (g) Tutius itaque erit, ceu jam diximus, primo loco natum fiscalium jurium sibi soli vindicare exercitium, quam illud per plures disseminari, quod, potiori-

i. bonorum
 vacantium,

bus eorum speciebus diligenter perspectis, haud difficulter apparebit. Cum enim bona vacantia & caduca, seu excadentia & mortitia, *Erb-und Herren-lose Güter*, (h) si eorum hæreditas vacua existat, & Dominus ignoretur, ob succedentium defectum, fisco acquirantur, *a. l. ult. C. de bon. vac. j. l. un. ff. & C. unde Vir & Uxor.* æquitatque & justitiæ maxime conveniat, diligenter a Principe jura successione inquiri; publica sæpe proclamatione opus est, antequam fisco adplicentur bona, quo constet, an legitimus hæres vel bonorum possessor adfit, qui fiscum excludat, *a. l. 3. C. de bon. vac.* (i) Principem enim non decet cum aliena jactura divitias corradere, (k) quam normam inter consortes facile unus, fisco suo nimium favens, negligere, & sic per injuriam hæreditatem, vel alia bona vacantia sibi arrogare, aut exinde creditoribus, ob defuncti æs alienum, satisfactionem denegare poterit, (l) Calligulæ & Domitiani exempla imitatus, qui alienissimas hæreditates arripiebant. (m) Ex quo non leve in Rempublicam redundat damnum, unius voluntate juribus fisci, in tali casu, circumspicte administratis evitandum.

(a) *vid. II. f. 56.*

(b) *vid. SCHILTER. Inst. Jur. Publ. Libr. II. Tit. I. §. 12. 13.*

(c) *vid. MYLER. ab EHRENBACH. d. Princ. & Stat. Imp. Part. II. C. LXVIII §. 1. MEVIUS Part. VII. Dec. LXVII. n. 5. PEREGRIN. de Jur. Fisc. L. I. Tit. II. n. 1. Add. COCCEJUS Jur. Publ. Prud. C. IX. §. 16. seq. B. HORN. Jur. Pr. publ. C. LX. §. 13.*

(d) *conf. WISSENBACH. ad π. d. Jur. fin. t. I. §. 6. HORN. Jur. Pr. feud. c. VIII. §. LIII.*

(e) *vid. WISSENBACH. d. l. Dn. THOMASIIUS d. regal. fisc. Princ. German. circa acquisit. Cap. 1. §. 2. lit. p.*

(f) *conf. LYNCKER. in Resp. IX. n. 53.*

(g) ID.

- (g) ID. cit. l. n. 88.
- (h) MYLER. d. Princ. & Stat. Imp. P. II. c. 68. §. 2.
- (i) conf. CONRAD ab EINSIEDEL d. regal. Cap. III. n. 134. PEREGRIN. d. Jur. fisc. L. IV. Tit. III. n. ult.
- (k) vid. JO. GUTTIEREZ Pract. Qu. Lib. IV. Qu. XXIX. n. 37. ARNISÆUS de Jur. Majest. L. III. C. VI. n. 18.
- (l) conf. HENR. BOCER. de Regal. Cap. III. n. 34. seq. SIX-TIN. de Regal. L. II. C. IX. n. 44. HIERONYM. de CÆVALLOS quest. commun. 144.
- (m) vid. SUETON. in Vit. Caligul. Cap. XXXVIII. Domitian. C. XII. conf. MYLER. d. Princ. & Stat. Imp. P. II. c. 68. §. 3. seq. COTHMANN. Part. I. Resp. LV. n. 1.

§. XVI.

Circa jus confiscandi, quod territoriali jure gauden-^{2. confisca-}tibus quaesitum, (a) officio Principis incumbit, non omnibus delictis capitalibus confiscationis poenam ad-^{torum}jungere, sed intuitu hæredum innocentium, maxime liberorum, temperamenta clementiæ adhibere, & si publica quoque sint, illorum dispensationem prudenter curare, ut talibus conferantur, quorum merita territorii emolumenta augere valeant. Hæc omnia solo suo arbitrio facilius præstare poterit Primogenitus, quam si contrario consortis affectu impediatur, veluti si Majestatis crimen perperam extendatur, (b) aut erepta bona indignis applicentur per adulationem potius quam officia insignia gratiam captantibus. (c)

(a) vid. Capitul. Joseph. Art. XXVI. Car. VI. Art. XXI. verb. denen mit den Juribus Fisci belehnten, oder die selben sonst durch beständiges Herbringen habenden Churfürsten, Fürsten und Ständen, unter welcher obrigkeitlicher Botmäßigkeit sie gelegen, nicht entziehen, sondern die Landes-Obrigkeit, oder Dominos territorii mit deren Confiscirung gewahren lassen.

- (b) *vid.* EINSIEDEL *d. regal. Cap. III. n. 181.*
 (c) *conf.* THOMASIVS *de regal. ff. Princ. German. circa ac-*
quisit. §. XII. PEREGRIN. d. l. L. IV. Tit. V. n. 15. & L. V.
Tit. I. n. 24. seq. BOCER. de Regal. Cap. III. n. 59. seq. Add. de
bonis naufragorum Auth. navigia. C. d. furtis. SELDEN.
de mar. clauf. L. I. cap. XXIV. XXV. GRONOV. & TES-
MAR. in not. ad GROTI. f. B. & P. L. II. C. VII. §. 1. verb.
bona naufragorum. GRAMMOND. Hist. Gall. Cap. XVI.
p. m. 717. BODINUS de Republ. L. I. C. X. p. 267. seq.

§. XVII.

3. ratione
detractionis,

Fisci jura, quibus fruitur territorii Dominus, se eo quoque extendunt nonnunquam, ut ab emigrantibus subditis, item bona ex hæreditario similitive titulo transferre volentibus, certa bonorum portio detrahi, & illi vindicari queat, quod vocari solet: *Nach-Steuer, Nachschuß*, nec non *Abfarth, Abzug, wenn das Erbe in fremde Gerichte gebracht wird*, (a) idque ita interpretandum venit regulariter, ut non nisi ab illis, qui territorium mutant, & in aliud bona sua transferre cupiunt, exigatur. (b) Cum enim detractio ideo inter alia fiat, ne per translationem bonorum in alias terras Principis reditus accidantur, proptereaque difficultates translationem molientibus moveantur, (c) istis nullum inferitur præjudicium, cum tantummodo civitatis jura mutantur, subditusque cum bonis suis alium locum, domicilii illic constituendi gratia, in ejus ditionibus, eligit, nec territorii limites excedit. (d) Hæ vero præstationes a Principe vi superioritatis territorialis nonnullibi exiguntur, alicubi etiam mero imperio vindicantur, & multo generalius sunt receptæ. (e) quæ cum soli Primogenito solvuntur, impeditur earum multiplicatio, nam alias, si territorium esset divisum, novum emergeret, in præjudicium subditorum, onus. (f) Ju-

(f) Jure Albergariae, der Atzungs-Gerechtigkeit, Mahl und Futter &c. ad solum primogenitum restricto relevari subditos ipsa illius natura evincit. (g)

- (a) vid. B. HORN. Jur. Pr. publ. C. LX. §. 15. p. 659.
- (b) vid. VITRIAR. Inst. Jur. publ. Libr. III. Tit. XIX. §. 51.
- (c) vid. MEVIUS ad jus Lubecense L. I Tit. II. art. 5. n. 5.
- (d) vid. B. HORN. Jur. Pr. feud. cap. IIX. §. 53. MEVIUS Part. III. Dec. CCXLII. conf. BRUNNEMANN. ad l. i. C. quando & quib. quart. pars. MYLER. ad Rumelin. in A. B. Part. II. Diff. V. tb. 5. in add. lit. a.
- (e) BERLICH. P. 3. Concl. 53. n. 19. 29. RAUCHBAR. P. I. qu. 15. n. 3. seqq.
- (f) conf. KLOCK. de jur. vectig. Concl. LXIV. lit. (α)
- (g) conf. VITRIARIUS Inst. Jur. publ. Lib. I. Tit. VI. 10. & Libr. III. Tit. XIX. §. 94 seq.

§. XVIII.

Imprimis autem & juribus fisci annumerandum illud, quod consistit in exactione tributorum, qua superioritas territorialis haud vulgariter adjuvatur, (a) quodque Primogenito soli adscriptum ingentem territoriiis inferre solet utilitatem. Cum enim, ad auctoritatem Principis stabiliendam, (b) & Reipublicae Statum conservandum, opus sit tributis, vid. Cap. Caroli VI. Art. 15. in ditionum certe majus verget incrementum si unius voluntate, Statibus Provincialibus ut plurimum desuper consuleis, ista subditis imponantur, & in utilitatem rei communis & subditorum convertantur, quam si a multorum coimperantium voluntate dependeant. (c) Magis etiam Reipublicae expediet uni moderata, quam pluribus multiplicata, solvi tributa. Cum enim diversorum regimen diversas quoque requirat impensas, non potest non fieri, quin in diviso territorio Aulae plures erigenda, instru-

(g) impossitionis & exactionis tributorum

instruendæque sint, & collegia non unius generis salariis necessariis sustinenda, quamobrem variis modis pecunia venit cogenda, quorum gravitatem satis experiuntur præcipue territoria pluribus regiminis confortibus hos reditus solventia. (d) Non enim certior est via subditorum animos ab affectu erga Principes deturbandi ac ista, si per nimiam tributorum exactionem in paupertatem redigantur, unde tandem seditiones & concussiones rerum publicarum metuendæ sunt. (e) Varia autem tributorum genera merito hic enumerare supersedemus, cum in singulis, si emolumenta ex Primogenitura in territoria descendencia ponderentur, idem se ostendat effectus, quem asseruimus. (f)

(a) *vid.* B. HORN. *Jurispr. Publ. Cap. LX. §. XVI.*

(b) *vid.* TACIT. *Hist. L. IV. c. 74.*

(c) *conf.* BODIN. *de Republ. L. VI. Cap. III. ARNIS. d. Jur. Majest. L. III. c. 2.*

(d) *vid.* HORN. *Jur. Prud. Feud. Cap. XIII. §. 20.*

(e) *conf.* EINSIEDEL *de regal. Cap. III. n. 236. & Exemplum Richardi II. Angliæ Regis in HENR. KNIGHTON. d. Event. Angl. L. II. p. 2613. in TWYSDENI Script. Angl.*

(f) *vid. tamen* HORN. *d. l. Dn. THOMAS. de regal. ff. Princ. Germ. circ. acquisit. Cap. I. §. 7. lit. c. c. MASCARD. d. probat. Concl. 946. n. 1. DAN. OTTO d. Jur. publ. Cap. II. p. 446. conf. d. singulari collecta pro Superioris filia elocanda MENOCH. arbitrar. Judic. quest. cas. XVIII. n. 3. seq. EINSIEDEL d. l. n. 267. BETSIUS de pactis fam. Illustr. p. 194.*

§. XIX.

(9) domanii

Bona domanialia quoque s. Demania (a) ad fiscum late sic dictum pertinere putamus, quæ a nonnullis ita capiuntur ut non tantum bona incorporata, e. g. regiæ coronæ

ronæ Cronen-Güter, (b) sed etiam Cameralia comprehendant, (c) & ex iis quoque, si ad solam pertineant Primogenitum, emolumenta terrarum subjectarum derivari posse statuimus. Cum enim ex illis reditus & sustentatio Principis dependeat, (d) eorumque fructus sublevandæ Reipublicæ, aut Regiæ similisve dignitatis oneribus, serviant, & regentis status, mediantibus hisce, conservetur, (e) minori certe sumtu levioribusque impensis, unum eumque Primogenitum regnantem alere poterit territorium, quam si ad multorum in pari dignitate sustentationem conferre teneatur, & proventibus non sufficientibus, ampliora requirantur domania, item camera emolumenta; siquidem sæpe, non sine detrimento publicæ rei, subditi crebris collectis, Principum numero plurium necessitates supplere tenentur. (f) Quanta vero sit domaniorum utilitas expendit etiam Imperium nostrum, & feuda ac territoria ad illud recidentia eidem incorporari voluit. *conf. Capitul. Inviſſif. Caroli VI. Art. XI. verb. Wenn auch ins künfftig Lehn dem Reich, durch Todes-Fälle oder Verwürrkung eröffnet, und lediglich heimfallen werden &c. die sollen und wollen vvir &c. ferner niemand leyhen, auch niemand einige Expectanz oder Anvvartung darauf geben, sondern zu Unterhaltung des Reichs, unser und unserer nachkommenden Kœnig und Kayser behalten, einziehen und incorporiren.* (g) Add. de tali clausula in erectione ditionis Württembergicæ in Ducatum usurpata SPRINGSFELD (h)

(a) SPRINGSFELD d. Apanag. C. VII. n. 29.

(b) vid. RENAT. CHOPPIN. d. doman. Franc. L. I. C. II. n. 1.

(c) vid. B. HORN. Jur. Pr. publ. C. LX. §. 19. Add. PARIS. de PUTEO d. finib. feud. Cap. XIX. n. 7. ID. d. feud. redinteg.

C. IV. n. 1. seqq.

G

(d) vid.

- (d) *vid.* GROTIUS *de Jur. B. & Pac. L. II. C. VI. §. n.* TES-
MAR. *in not. ad h. l.*
- (e) *vid.* SPRINGSFELD *de Apanag. C. VII. n. 36. seqq.*
- (f) *vid.* SPRINGSFELD *d. majorit. votor. Part. III. C. II. n. 17.*
conf. de domaniorum alienatione CHOPPINUS d. Doman.
Franc. L. II. T. I. n. 2. & Tit. XIV. n. 4. 14. seq. PAURMEI-
STER. *de Jurisdict. L. I. C. IV. in fin.* BRUNNEMANN.
Consil. I. n. 90. HEIG. *Quest. Illust. Part. I. qu. 19. n. 3.*
SPRINGSFELD. *d. l. n. 46.*
- (g) CARPZOV. *ad Leg. Reg. Germ. C. VII. Sect. 3. n. 1. & seq.*
REINKINGK *de Reg. Sec. & Ecclesiast. Libr. I. Class. II. c. 9.*
n. 165.
- (h) *de Apanag. C. VII. n. 46. j. Perillustr. Dn. de ZECH in Eu-*
rop. Herold. Tom. I. p. 483.

§. XX.

(50) tuitionis
territorii, &
superioritatis
territorialis.

Prospectis, quæ intuitu Jurium fiscalium ex Primo-
genitura in territoria redundare possunt, potioribus
emolumentis, ad eadem, ex reliquis Superioritatis terri-
torialis speciebus demonstranda, pergimus. Et cum
Principis hoc jure gaudentis maxima in eo versari de-
beat cura, ut territorium subiectum protegat, tueatur
& custodiat, (a) tutela ista ac protectio bonorum perso-
narumque in majorem Reipublicæ verget salutem, si a
Primogenito, cui regimen commissum, suscipiatur, quam si
diversorum comperantium arbitrio, forma diversa & Sta-
tus varius in territorio introducat, nec idem ordinario
regiminis modo defendi queat, maxime cum ea defensio
de potioribus jurisdictionis, & Superioritatis juribus esse
dicatur, (b) quam pluribus committi valde onerosum esse
jam supra probavimus. Cæterum, quia terrarum subiecta-
rum protectionem sui muneris esse scit Primogenitus
suo unius arbitrio statuit, quibus modis jura ex superio-
ritate

ritate territoriali dependentia tueatur. Cum enim Principes & Status Imperii, vigore sanctionum imperialis, in exercitio suorum jurium & regalium adversus subditos, sive nobiles illi sint, sive ignobiles & plebeji, (c) propria autoritate vel vicinorum auxilio se defendere, eos que coercere possint, quæ potestas Libera ac immediata Imperii nobilitati quoque competit. Cap. Car. VI. art. XV. verbis: *Immassen denn auch Churfürsten, Fürsten und Ständen, [die unmittelbare freye Reichs-Ritterschafft mit begriffen] zugelassen, und erlaubet seyn soll, sich nach Verordnung der Reichs-Constitutionen bey ihrer hergebrachten und habenden Landes-Fürstlichen und Herrlichen Juribus selbst und mit Assistenz der benachbarten Ständen, wider ihre Untertanen zu manuteniren, und sie zum Gehorsam zu bringen, &c.* (d) facile patet quam feliciter Territorii defensio a Primogenito solo exerceatur, siquidem unius subditi imperio subditi majore cum sollicitudine seditiones evitare solent, quam si multorum jussui pareant, optime gnari eum retinendis in officio subditis facilius paremore, armis propriis alienisque, pro re nata, adhibitis, quam si hæc cura pluribus imperantibus incumbat. Præterea si judicio, ob gravitatem causæ, cum Imperante contendendum sit, & literis informatiis a Domino territorii exactis, declinari controversia nequeat, unius arbitrio processus ad finem deduci facilius potest, quam si res ex plurium voluntate pendeat, sive per sententiam, sive per transactionem aliumve, modum amicabilem, ad concordiam redeundum sit, quo respicit Capitul. Caroli VI. art. XV. verbis: *Dass ein solcher nicht leichtlich gebøret, sondern a limine judicii ab, und zu schuldiger Parition an seinen Landes-Fürsten und Herrn gewiesen werde.*

siml (1)
ilud (2)

258

werde. Item: da aber die Streitigkeiten mit Recht verfangen waren, sollen solche aufs ehefte ausgeföhret und entschieden werden. (c)

- (a) MICH. MUNCHMAYER *Jur. Publ. Rom. Catholic. Part. I. L. III. cap. III. p. m. 573. Add. ZASIUS Lib. I. Confil. XV. n. 1.*
- (b) MEICHSNER *Decif. Camer. Tom. II. Lib. II. Dec. III. n. 4. MENOCH. de arbit. Judic. questio. ca. 338.*
- (c) *vid. Capit. Leopold. Art. VII. verb. der Landsassen, Unterthanen, gemeinen Volcks, und anderer, wes Standes und Würden sie seyn. &c. Add. ZIEGLER. von denen Wahl-Capitulatio-nen. p. m. 215.*
- (d) *conf. Dn. a ZECH. ad h. art. p. m. 121. lit. I. & NITSCH. ad Capitul. Joseph. Artic. VII. §. 3. n. 15.*
- (e) *conf. WAHR. ab EHRENBURG de feder. Libr. I. Cap. II. p. 239. DIETERIC. ad A. B. Tit. XV. NITSCH. all. l. §. 1. & 15. n. 16 seq.*

§. XXI.

(11) Juris
(a) belli,

Territoriorum tuitioni maxime infervit jus, quo circa Bellum & Pacem pollet Princeps, & ex eo quoque plurimum incrementi capiunt subjecta provincia, si Primogenitus solus bella indicat, gerat, pacemque condat. Cum enim adversus externos offensiva & defensiva suscipere bella, sine speciali consensu Cæsaris, permiffum sit Statibus, dummodo secundum normam constitutionum Imperii, & non adversus Cæsarem & Constatus gerantur, (a) Primogenitus solus ita maturo consilio feliciter discernere, decreta indicere & incidentes fortuna ictus excipere, temperare ac moderari poterit, quam si multorum consensu sint ineunda, quod varios necessario bello ponere solet obices, diversis sæpe sententiis circa instruendam militiam, arma, (b) milites conscribendos (c) eo-

(c) eorumque stipendium, alimenta, transitus, & hospitationes determinandas, (d) fortalitia extruenda, (e) & reliqua belli requisita, (f) cum magno plerumque Reipublicæ incommodo præparanda, occurrentibus; ut taceamus diversos affectuum animorumque motus, successus armorum sæpe insigniter remorantes.

(a) *conf. Capitul. Car. VI. Artic. VI. j. HORN. d. I. Cap. LX. §. 22.*

(b) *conf. Rec. Imp. de An. 1555. §. 49. j. d. an. 1570. §. 5. seqq. SIXTIN. d. regal. Libr. II. Cap. I. n. 6. BOCER. Cap. II. n. 138.*

(c) *vid. Rec. Imp. de An. 1564. §. 26. SCHWEDER. Introd. ad Jus publ. Part. Spec. C. XVI. §. 7.*

(d) *ID. §. 12.*

(e) *vid. Capitul. Car. VI. Art. IV. j. R. I. d. A. 1654 §. 180. NITSCH. ad Cap. Joseph. p. 341.*

(f) *LIMNÆUS Jur. Publ. Lib. IV. Cap. VIII. n. 246. seq. HORN. l. c. §. 22. 23. & 24.*

§. XXII.

Pariter Primogenitus terris suis haud vulgare emolumentum conciliare potest, si prudenter inita Pace, bella cœpta sopiat, quod suas experitur difficultates, si confors regiminis belli studiis faveat, & cum non semper unius indolis sint socii, saluberrimum tale consilium suo dissensu impediatur, atque ita subditorum utilitati obstet. Unde sæpissime bellum juste susceptum, rejectis æquis conditionibus, ab hostibus, pacis amore, oblatis, injustitiam induit, vindictamque divinam provocat, atque hoc ipso Principum & territorii salus, quæ facta pace restitui poterat, fortuitis, continuato bello, exponitur eventibus, cum territorii damno subinde irreparabili. (a)

(a) *conf. WAHREM. ab EHRENBURG. de fœder. Libr. I. Cap. II. n. 28. STEPHAN. d. Jurisdict. Part. I. L. II. cap. I.*

n. 74. EINSIEDEL. *de regal. Cap. II. §. 3. n. 37.* OTTO
d. Jur. publ. Cap. XI. p. 400.

§. XXIII.

(v) *fæderum*, Territoriorum etiam utilitas valde promovetur
 fœderibus, quorum pangendorum potestas Statibus Im-
 perii quaesita est, non tantum inter se, sed etiam pro con-
 servatione & securitate sua cum exteris, dummodo iis-
 dem nec Imperator nec Imperium lædatur, nec con-
 tra pacem profanam & Westphalicam ineantur, nec Ju-
 rijurando, quo Status Imperatori & Imperio devincti
 sunt, repugnent, (a) quod in tantum extenditur, ut talia
 fœdera cum exteris celebrata Imperatori necessario indi-
 cari non debeant, cujus rei exemplum occurrit apud
 PUFENDORF. (b) Perill. AUT. *des Europæischen He-
 rolds* (c) LUNIG. (d) HORNIUM. (e) Add. de fœde-
 ribus Electorali, Suevico, Schmalkaldico, Rhenano,
 Lipsiensi, Heilbrunnensi, Francofurensi, &c. SCHWE-
 DERUS (f). Quæ cum ita sint, incrementa territorio-
 rum valde promovebit Primogenitura, cum Primoge-
 nito soli fœdera pangendi facultas sit relicta, quæ, si
 plurium requiratur consensus, difficiliorem habent con-
 sultationem. Sic enim unius voluntate dirigentur con-
 ditiones securitati Reipublicæ conducentes, & varia im-
 pedimenta, conservandæ salutis communi obsutura, faci-
 lius evitabuntur. Nam si accidat, ut is, cujus amicitiam
 fœdere conciliari expedit, cum uno coimperantium odia
 alat, difficulter in confœderationem consentiet, imo po-
 tius intentioni isti contradicet, aut adversis partibus se
 adjunget, quam in amicis conventiones conspirabit,
 nullo vel exiguo ad ditionum incolumitatem habito re-
 spectu.

(a) *vid.*

- (a) *vid. J. P. O. & M. Art. VIII. §. gaudeant. j. Rec. Imp. d. An 1529. §. 35. Capitul. Car. VI. Art. VI. verb: So viel aber die Stände des Reichs insgemein belanget, solle denenselben allen und jeden, das Recht, bündniß unter sich, und mit auswärtigen, zu ihrer Sicherheit und Wohlfarth zu machen, dergestalt frey bleiben, daß solche Bündniß nicht wider den Römischen Kayser und das Reich, noch wider den allgemeinen Land-Frieden und Oßnabrückischen Friedens-Schluß seye, und daß disß alles, nach laut desselben, und unverletzt des Eydes geschehe, womit ein jeder Stand dem regierenden Röm. Kayser und Heil. Röm. Reich verwand ist, &c.*
- (b) *d. rebus gest. Fried. Wilhelm. Elect. Brand. L. II. §. 7.*
- (c) *Tom. I. p. 170.*
- (d) *Im Reichs-Archiv Part. Spec. IVte Abtheil. II. Abs. n. XXXVI. XXXVIII. XLIII.*
- (e) *Jur. Pr. publ. Cap. XLI. §. 25.*
- (f) *Introd. ad Jus publ. Part. spec. Sect. I. Cap. XXVII. §. 8.*

§. XXIV.

Quoniam vero ad foedera pangenda legatis plerum-
 que opus est, nunc quoque perspiciamus, in quo confi-
 stat territoriorum utilitas, jure mittendi Legatos Primo-
 genito soli asserto; Ubi praesupponendum eum superio-
 ritate territoriali in nostro Imperio instructum esse, ex
 qua hoc jus competit. (a) Si itaque plures simul habeant
 territorium, de rebus ad publicum regionis Statum perti-
 nentibus, adornanda legatio omnium consensu expedien-
 da est; at contingere potest ut negotio Reipublicæ imprimis
 salutari quisquam ex iis contradicat, quod instruendæ
 legationi impedimentum parit. (b) Accedit, quod territo-
 rio inter plures diviso, si singuli jus legationis exerceant,
 crescunt onera legationum, nam ad onera legationum zu
 denen Gesandtschafts-Spesen conferre tenentur subditi, sicuti
 ad reliqua necessaria reipublicæ negotia, (c) major autem
 requi-

(d) mittendi legatos.

requiritur summa ad plures diversorum dominorum legatos cum eo, quo par est, splendore mittendos, quam si Primogenitus solus unum tantummodo deleget, qui reipublicæ causas agat. Ut taceamus, negotiis hujusmodi paucis, iisque prudentibus, adscitis, celeritatem expeditionis haud mediocriter promoveri, & secreta facilius, quam pluribus consultoribus admittis, celari.

- (a) *vid. HUG. d. Stat. Reg. German. Cap. III. §. 17. SCHUTZ. de Stat. Rei Rom. Vol. I. Disp. VI. ib. 24. Add. H. GROTIUS de Jur. Bell. & Pac. Lib. II. Cap. XVIII. n. 2. conf. tamen CARPZOV. d. Leg. Reg. Cap. I. Sect. XIII. n. 21. KULPIS. d. Stat. Imp. Legat. Cap. VI. §. 4. & 7.*
- (b) *vid. ANT. FABER in C. Libr. III. Tit. XXVI. def. 5. n. 7. add. Illust. SECKENDORFF im Teutsch. Fürsten - Staat Part. II. Cap. III. §. 3. KULPIS. all. l. p. m. 193 seqq. j. CONRING. ad Lampad. de Republ. Part. III. Cap. V. §. 25.*
- (c) *vid. Bewillig. derer Stände in denen Churfürstl. Sachf. Landtagr - Acten vom 31. Mart. 1716. n. 11.*

§. XXV.

(12) juris cudendi monetam.

Reliquum est ut ultimo loco quoque perspiciamus, in quo consistat territoriorum utilitas uno imperante, circa jus cudendæ monetæ. Dubia quidem inter Juris publici Doctores ventilata controversia existit, an vi superioritatis territorialis, an vero ex speciali Imperatoris concessione, jus monetam cudendi competat? (a) Priorem sententiam sunt qui multis argumentis defendant. (b) Verum, cum Status quidam jure cudendi monetam sint destituti, (c) illudque etiam a mediatis Imperii civitatibus exerceri queat, quemadmodum exemplis civitatum Hoxarii, Halberstadii, Hannoveræ &c. demonstrat NITSCHIUS (d) imo privatis nonnunquam, Cæsarum beneficio, sit indultum, (e) uti a Rudolpho II. Imperatore,

tore, Stiefferum, Cancellarium quondam Magdeburgicum, sub certis conditionibus, illo jure fuisse donatum constat, (f) & in Capitulationibus quoque Imperator polliceatur, se absque consensu Electorum nulli monetandi potestatem concessurum, v. Capitul. invictiff. Caroli VI. Art. IX. verbis: *Wir sollen und wollen auch ohne Vorwissen und absonderliche Einwilligung der Churfürsten, auch billige Beobachtung dejenigen Creyßes Bedencken, &c. niemand mit Müntz-Freyheiten oder Müntz-Städten begaben und begnadigen &c.* (g) nec non ex Rec. Imp. liqueat, non jure proprio Status potestate monetandi gaudere. a. Rec. Imp. Anno 1551. §. 46. verbis: *Diejenigen, so von uns oder unsern Vorfahren mit dem Regal der Müntz gefreyet seyn &c.* j. d. Anno 1570. §. 132. verb. *Unsere Kayßerliche Regal, so die Müntz-Städte aus unsern sonderbaren Vertrauen &c.* imo & in Aurea Bulla speciatim Electoribus hoc jus concessum fuerit, A. B. c. 10. in f. (h) firmiter statuimus, Statibus Imperii illud jus non ex Superioritate territoriali, sed ex speciali concessione, competere. (i) Quocunque autem modo facultas monetam cudendi territorio competat, jus illud melius exerceri poterit per Primogenitum, quam si singulis regiminis consortibus separatim competat. Ut enim de depravatione ejus multo facilius evitanda non loquar, singulare territorii emolumentum in eo conspicitur, quod unus fabricam monetariam rectius curare, idemque metallis, quæ habet, peculiari cum emolumento territorii, uti potest, cum plurium arbitrio relicta hæc sollicitudo sumtus exigere majores soleat, diffidiis viam aperiat, variisque difficultatibus territorium exponat. (k) Quod vero per jus monetandi circumspecte institutum optime consulatur territoriis, jam olim

H Caro-

Carolus M. Imperator agnovit, dum, ut eo accuratiōr monetæ haberetur cura, alibi, quam in ipso Palatio suo, cudi monetam noluit. (l) Hodie etiam publica loca rei monetariæ destinari consueverunt. (m) conf. de moneta Anglicana solummodo Londini *in dem Towr* fabricanda & insignianda ARUMÆUS, (n) KRULLIUS, (o) CARPZOVIVS (p) aliique.

- (a) *vid.* GOLDAST. *Cathol. rei monetar. Tit. XI. p. m. 32.*
- (b) *vid.* KNIPSCHILD. *d. nobilit. Libr. III. C. II. n. 164.* LAMPADIVS *de Republ. German. Part. III. C. III. §. 16. seq.* STRUVIVS *S. I. F. Cap. VI. aph. XX.* TITIVS *Spec. Jur. publ. Libr. III. C. V. §. 32.* Cel. LUDEWIG *in der Einleitung zum Deutschen Müntz-Wesen mittler Zeiten Cap. VII. §. 3. p. 46. & in der Erläuterung der güldenen Bulle Tit. X. §. 1.*
- (c) *vid.* LIMNÆUS *ad Capit. Matth. art. XXXIV. p. m. 572.* GOLDAST. *Reichs-Handel Tom. II. p. 256.*
- (d) *ad Capit. Joseph. Art. XXXIII. §. 8.*
- (e) *vid.* LEHMANNI *Chron. Spir. L. IV. c. 14.*
- (f) *conf.* MULTZIUS *represent. Maj. Imp. Part. II. c. XII. §. 6.* KRULLIVS *de regal. monet. jur. Cap. II. n. 96.*
- (g) *conf.* Dn. à ZECH. *ad h. art. p. 83. lit. f.*
- (h) *vid.* LIMNÆUS *ad b. r. Obf. VIII. RUMELIN. ad A. B. Diff. VIII. Th. 30. p. m. 203.*
- (i) *vid.* Dn. de BUNAU *Amicus noster honoratissimus atque longe æstumatissimus, in Diff. doctissima de jure circa rem monet. in Germania Cap. II. §. 41. p. 61. & in Schediasmate nuper edito contra PUCHHOLTZII Dissertationes Jur. publ. & feud. Cap. IV. §. 7. p. 40.* NITSCH. *all. l. art. XXXIII. §. 8.* HORN. *Jur. Prud. publ. C. LX §. 29. p. 683. j. Kayserl. Land- und Lehn-Recht Lib. I. Tit. XIX. verb: Wir sprechen, daß alle Müntzen die im Römischen Reich seynd, die seynd eines Römischen Königs, und wer sie will haben, er sey Pfaff oder Ley, der muß sie haben von dem Römischen Reich und von dem Römischen König, und wer deß nicht erbüet, der frevellet an dem*

878

- dem Römischen Reich. *Add. Spec. Sax. Lib. II. artic. XXVI.*
 GOLDAST. *Catholic. rei monet. Tit. IV. p. 32.*
 (k) *conf. LUNIG. im Reichs - Archiv Part. Spec. Continuat. II. Tom. X. n. 13. p. 518. Add. Ordinat. monet. Ferdinandi I. §. 19. Dn. à ZECH ad Capit. Car. VI. d. art. HORN. Jur. Pr. feud. Cap. VIII. §. 36. SCHWEDER. introd. ad Jus publ. Part. Spec. Sect. II. §. 7. KULPIS. ad MONZAMB. Part. II. Cap. V. §. 28. p. m. 186. MYLERUS ab EHRENBACH. d. Princ. & Stat. Imp. Part. II. c. 77. n. 3.*
 (l) *vid. SIXTIN. d. regal. Lib. II. Cap. VII. n. 18. p. m. 370. BO-DINUS d. Republ. Lib. VI. C. III.*
 (m) *vid. GOLDAST. Catholic. Tit. XIII. p. m. 60. NITSCH. ad Capit. Joseph. Art. XXXII. n. 31. PEREZ. ad Tit. C. d. vet. numism. potest. n. 6.*
 (n) *Jur. publ. Vol. IV. Disc. XLIII. n. 13.*
 (o) *d. regal. monet. jur. cap. I. n. 15.*
 (p) *d. Leg. Reg. German. Cap. VIII. Sect. VII. n. 4.*

§. XXVI.

Satis nunc emolumenta ex jure Primogenituræ profluencia demonstravimus, unde ad Specialiora transituri præmittemus Gentium plurimarum mores, quæ circa insignis illius juris introductionem quasi conspirarunt, atque commoda inde haud contemnenda senserunt. Antiquissimis vero populis illud fuisse maxime usitatum, inficiari non licet. Conferantur ea, quæ de primogenitis intuitu filiorum Noæ, atque Isaaci, (a) Hæbræorum, (b) Ægyptiorum, (c) Assyriorum, (d) Persarum, (e) Spartanorum, (f) Macedonum, (g) Parthorum, (h) Syriae atque Asiae, (i) nec non Cappadociae Regum, (k) Ponti, (l) Pergameni, (m) atque Galatiae Tetrarcharum, (n) diversis in locis ab Auctoribus tradita sunt. Et quanta fuerit Primogenituræ veneratio vel ex eo liquet, quod Deæ inter Gentiles etiam nomen hoc applicatum, unde

Atque hæc Primogenitura antiquissimis populis olim fuit usitata.

inscriptionem FORTUNÆ PRIMIGENIÆ marmora, in perpetuam rei memoriam, conservant. (o) Mos etiam erat, ut domesticis sacris major natu ex filiis præficere-
 tur, ut de Romanis testatur VALERIUS MAXIMUS. (p) Nec prætereunda lex successoria ab Andronico II. Impe-
 ratore Græcorum lata, hæc verbis: *Ex filiis Imperato-
 ris, qui ætate antecesserit, Imperatorem salutanto, & is fra-
 tribus imperato, & hi seniori cedunto, seduloque serviunto,*
 (q) idemque jam ante illum, cum de successoribus dis-
 poneret, statuisse Joannem II. Comnenum refert WILL.
 TYRIUS. (r) Sed de vetustioribus illis vel verbo quæ-
 dam adduxisse sufficiat, quos omnes summa Reipubli-
 cæ salus de necessitate Primogenituræ edocuit, nostrum
 potius erit ad noviora & scopo nostro propinquiora de-
 properare.

- (a) *vid.* GERVASII TILBERIENS. *otia Imperial. C. XX. in*
 LEIBNITZ. *Script. Brunsvic. Tom. I. p. 924.* ENGELHU-
 SHI *Chron. et. 3. in* LEIBNITZ. *Script. Brunsv. Tom. II.*
p. 983.
- (b) *Deut. XXI. 15. j.* TIRAQUELL. *d. Jur. Primog. in pr. ef. n. 12.*
- (c) *Exod. XI, 5. II. Paralip. XXI, 3.* A. HIRTIUS *d. bell. Ale-*
xandrino c. 33.
- (d) *uti ex S. Scriptura locis & BEROÏ aliorumque fragmentis*
sibi persuadet JO. SCALIGER *in Chron. Euseb.*
- (e) *vid. Autores cit. a* BARN. BRISSON. *d. Reg. Perf. Princ.*
Libr. I. p. 5.
- (f) *vid.* CORN. NEPOS *in Agefilao c. I. §. 3.* CRAGIUS *de*
Republ. Laced. Libr. II. c. 2. j. UBB. EMMIUS *d. Græcorum*
Rebuspubl. P. I. Sect. 3. p. 274.
- (g) *vid.* TIT. LIV. *L. XL. c. 9.* JO. BODINUS *d. Republ.*
Libr. VI. c. 5.
- (h) *vid.* JUSTIN. *L. XLI. c. 5. §. 9.* GRAMAYE *Asia, in hist.*
Parth. c. 3.

(i) *vid.*

879

- (i) vid. JUSTIN. L. XXIX. c. I. §. 3. FREINSHEM. *Suppl.* LIV. L. XLVI. c. 25.
- (k) vid. A. HIRTIUS *d. bell. Alexand. c. 66.* & RHELLICAN. *in comment.*
- (l) vid. DIODOR. SICUL. L. XVI. & XX.
- (m) vid. JO. BAPT. GRAMAYE *Asia, in Mysia, c. 5. p. 628.*
- (n) vid. A. HIRTIUS *l. c. c. 78.* & DIO CASSIUS *Hist. Rom.* L. XLII. p. m. 207.
- (o) vid. GRÜTER. *Inscript. Tom. I. p. 76. & Tom. II. p. 1006.*
- (p) *Lib. II. c. 6. j. comm.* THYSII *ad b. l.*
- (q) vid. JO. CANTACUZENI *hist. Byzant. Libr. II. c. 3. p. 205.*
j. GOLDAST. *de majorat. L. II. C. XXIX. n. 9. seqq.*
- (r) *hist. Sac. Lib. XV. in Script. hist. Orient. p. 885.*

§. XXVII.

Licet itaque nonnullæ forte gentes, non satis ob-
 fervatis prudentiæ civilis præceptis, aliter temperatas
 succedendi rationes aliquandiu habuerint, damnis ta-
 men suis rectius sapere edoctæ fuerunt, ita non Christia-
 ni modo Populi, hodie superstites, sed etiam Barbari tar-
 dius alii, alii citius, iterum uni, eidemque Primogenito,
 Imperium deferre inceperunt. Quod ut eo melius ap-
 pareat, juvat singulos, prout se scribentis calamo obtu-
 lerint, obiter perlustrare, Germaniæ autem nostræ paulo
 diutius immorari.

Primogenitu-
 ram omnes fe-
 re Gentes ho-
 die observant
 ut in

§. XXVIII.

De Europæis igitur ut initium faciamus, nulla ta-
 men præcedentiæ ratione habita, LUSITANIÆ Regnum
 fuisse ordine successione ad Primogenitos delatum, lege
 Lamecensi sub Alphonso I. condita, nec ulla unquam
 divisione idem discerptum commemorat ANTON.
 BRANDAO (a) & ANTON. DE SOUSA. (b) Sa-
 pientique huic consilio maxime tribuendum, quod istud

Lusitania.

2215

Regnum non adeo amplum contra Hispanorum potentiam steterit immotum, uti maxime Alphonso VI. Sceptra tenente apparuit. (c)

(a) *de Monarch. Lusitan. Part. III. L. 10. c. 13.*

(b) *Lusit. Liber. Proem. §. 2. n. 42. p. 134.*

(c) *conf. Memoires d'ABLANCOURT. passim.*

§. XXIX.

Hispania.

HISPANIA, Saracenorum irruptione fere oppressa, cum Pelagius virtute sua suorumque rem Christianam paululum restituisset, illud primis accensuit curis, ut pro Lege perpetua statueret, *filium Regis Primogenitum in Regnum esse substituendum.* (a) Neque ulla magis re Mauros, magna Hispaniæ parti imperitantes, sibi nocuisse certum est, quam Regno inter plures diviso, (b) & quod certa lege aut more, quis inter filios succederet, haud constaret. (c) Ast Christiani quoque a Pelagio sancita postea neglexerunt, & cum omnia, quæ ipsi in Hispania tenebant, haud sperato fortunæ favore, ad unam familiam rediissent, Sanctius Major eadem inter quatuor filios divisit, quæ deinde res uberrima bellorum seges exitit. (d) Sanctii errorem politicum aliquoties imitati posteri. In ARRAGONIA Jacobus I. Expugnator vulgo dictus, Baleares Insulas, paulo ante ditioni suæ junctas, filio minori Jacobo tribuit, (e) & Petrus III. Siciliam vix acquisitam minori natu Jacobo II. reliquit. (f) In CASTILIA Ferdinandus M. cuilibet ex tribus, qui ipsi nati fuerant, filiis, partem Regni attribuit, summo Hispaniæ detrimento, (g) idemque fecit Alphonfus VII. consilio nonnullorum, qui rebus propriis studebant, seductus. (h) Tandem Alphonfus X. eruditionis laude Sapientis nomen meritus, novum Juris corpus, Par-
titas

titas vocatum, composuit, ejusdemque Part. II. t. 15. l. 2. Primogenituram denuo firmavit; quod postea a Carolo I. (V.) in Legibus Taurinis fuit repetitum. (i) Ex illo vero tempore plurima Hispaniæ Regna sensim coaluerunt, maxime felici inter Ferdinandum Catholicum & Isabellam Castellanam connubio, quæ ad tantum potentia fastigium brevi sunt evecta, ut Hispani, ante vix accolis præter nomen noti, (k) ejectis penitus Saracenis, & conquisitis ex orbe novo divitiis, ad universum Europæ Imperium grassari fuerint ausi. (l) Neque vero Regum solum ista consuetudo fuit, sed & in universâ Hispania, inter Duces & Comites, Ducatus & Comitatus factos esse individuos, sunt qui asserant. (m)

(a) LUC. TUDENS. in *Chron. ad ann. 720.*

(b) vid. ROD. SANCTIUS P. II. c. 37.

(c) vid. MARIAN. *Hist. Hisp. L. I. c. 3.*

(d) vid. ROD. TOLETANUS L. VI. ROD. SANCTIUS c. XXVII. TARAPHA d. orig. & reb. gest. Reg. Hisp. ad an. 1035. MARIAN. *Hist. Hisp. L. IX. c. 1.*

(e) vid. CUSENTINUS in *Libr. pec. d. gest. Jacobi.*

(f) vid. NICOL. SPECIAL. *rer. Sicul. Lib. I. cap. 6. ap. PET. de MARCA de Marca Hisp.*

(g) vid. ROD. TOLET. *Libr. VI. c. 12.* MARIAN. *de reg. & regis instit. L. I. c. 2.*

(h) vid. ROD. TOLET. *Lib. VII. c. 7.*

(i) vid. GOMEZ. in *Comment. ad b. l. DID. COVARRUV. pract. quest. ult.*

(k) vid. THUAN. *Hist. L. 1. p. 26.*

(l) vid. BOCCALINI *pietra del Paragone Politico c. XXV.*

(m) TIBER. DECIANUS *Vol. I. Resp. 31. n. 146. j. LUDOVICUS MOLINA d. Jur. Primog. L. I. C. II. n. 16.*

§. XXX.

Regnum FRANCO-GALLORUM utrum fuerit Gallia, electi-

electivum an successivum, nostrum jam non est disquire-
 re, adeat, cui libet, autores magno numero allegatos a
 GOLDASTO (a) item *Dissertat. preliminaire jointe a
 l'histoire de France par le P. DANIEL.* (b) Id sane cui-
 vis notum, idem, sub Merovingis (c) atque Carolingis,
 (d) divisionis haud omnino fuisse expers, donec sub Ca-
 petingis Primogenitura sensim magis magisque firmare-
 tur. (e) Eodem tempore obtinuisse videtur, ut secundo
 geniti, pro natalium dignitate tuenda, a Regibus dona-
 rentur certis quibusdam pensionibus, quæ assignabantur
 in Statis aut designatis prædiis, vel prædia ipsa traderen-
 tur, quibus ii fruerentur quamdiu eorum masculina
 stirps superesset, qua extincta Apanamentum ad fiscum
 Regium redibat; uti ex Diplomatis & Arrestis probat
 CAR. du FRESNE, (f) sane cum potentissimi Duces &
 Comites, maximarum terrarum Domini, essent super-
 stites, & postea intestinis Hugonottarum bellis distringe-
 retur Gallia, vix apparuit, quantum hujus Regni vires va-
 lerent. At, enimvero, illis vario mortis genere sublati,
 (g) his autem, Rupella occupata, oppressis primum, (h)
 mox Regno pulsis, (i) reliqui Europa Principes maximo
 cum damno suo experti sunt potentiam Gallorum Regis.
 Neque Reges solum, sed & Nobiles Gallorum morem
 istum induxerunt, ut major natu solus in prædia, inter
 fratres haud dividenda, succederet, quo nobilium familia-
 rum dignitas illibata permaneret, quæ alias lapsu tempo-
 ris, frequenti partitione, collaberetur. (k) Sarius pro-
 inde duxerunt, ut secundo geniti, *Cadets* dicti, solo victu
 contenti, vel clericalem aut calibem vitam eligerent, vel
 bella sectarentur, nisi aliunde bonis ipsos ditari continge-
 ret. (l) Liberum quondam Ducatum BULLIONÆUM,
 nunc

nunc Gallorum dominio subiectum, jure Primogenituræ semper fuisse gavissimum testatur BETSIUS (m)

- (a) *in Seniore f. de Maj. L. II. c. 19. & L. III. c. u.*
- (b) *conf. tu. Dn. GUNDLING. in Gundlingian. Part. XVII.*
- (c) *vid. RORICON. d. gest. Franc. ap. AND. du CHESNE Script. Gall. Tom. I. & HADRIAN. VALES. rer. Gall. L. VII. & Gesta DAGOBERTI ap. A. du CHESNE l. c.*
- (d) *vid. STEPHAN. BALUZ. Capitular. Reg. Franc. Tom. I. p. 575. ANNAL. BERTIN. ad an. 839. ap. A. du CHESNE Tom. II.*
- (e) *vid. VINCENT. CABOT. var. jur. disput. L. I. c. 13. PET. JACOB. tit. de Success. Reg. Franc.*
- (f) *in Glossar. med. & inf. Latin. verb: apanamentum conf. BERNARD. de la ROCHE FLAVIN. Tr. de parliam. mentis L. XIII. c. 24. n. 1. verb: Les Enfants Puisnez de France ne peuvent quereller, ou demander, certain legitime ou cote-part, leur être deü de la succession du Roy leur Pere mais seulement provision par leur vie, & entretien, a la volonté & arbitrage du Roy leur Pere.*
- (g) *vid. ALTESERRA d. Duc. & Com. Prov. Gall. L. III. c. 19.*
- (h) *vid. GRAMMOND. hist. Lib. XIIX.*
- (i) *v. les Plaintes des Protestants par Mr. CLAUDE passim.*
- (k) *Galli enim ex Primogenitura redundantia emolumenta adeo agnoscunt, ut quasi proverbialiter dicant: que le Gouvernement ne se peut partager sans perdre l'Etat. v. conseil. d'Etat Part. I. c. 9.*
- (l) *vid. PETR. de VINEIS L. VI. Ep. 25. NATAL. COMES hist. L. XII. ad an. 1559. p. 266.*
- (m) *d. Pact. Famil. illustr. C. VIII. §. 9.*

§. XXXI.

Ad BRITTANNIAM quod attinet, Saxonum Re-Brittannia. gna non soli Primogenito attributa fuisse, exempla fratrum, qui simul imperaverunt, innunt; (a) sed regnis postea omnibus conjunctis, sub Normannorum iisque

I succe-



succedentium imperio, jus primogenituræ invaluit, ad hæc usque tempora observatum. (b) Rationem adducit Rex Magnæ Britanniæ Jacobus in Basil. Dor. (c) ad filium Henricum: *Si regna divideris, discordiarum & bellorum semina posteris relinques, quod huic insulæ aliquoties accidit.* (d) Idem a Scotiæ Regibus ut & Hybernæ a prima fere origine fuisse receptum testimoniis firmant THOM. WALSINGHAM (e) HECTOR BOETHIUS (f) CAMDENUS, (g) SYLVEST. GYRALDUS CAMBRENSIS. (h) Eundem morem imitati fuere Nobiles familiæ in tota Britannia & non exigua parte Normanniæ, ut masculus primogenitus in totum feudum succederet, ad tuendum gentis splendorem, imo in Regiis Jernia Valis, & plerisque Ecclesiasticis Emphyteusibus primogenita filiarum tantum ad successionem admitteretur, quia ex re Regis & Ecclesiæ visum, feudum inter filias non dividi. (i) Quantum commodi inde in nobiles Britannos redundaverit, cuius facile patet, qui gentes vetustissimas, antiquis honoribus conspicuas, & opibus undique abundantes, paulo attentius consideraverit. Ea quoque de causa Scoti, Cromwello sub initium nimis adversi, cum primogenituræ jus inter illos se sublaturum minaretur, mox quieverunt. (k)

(a) *vid. JO. BROMTON. Chron. in TWYSDEN. coll. Script. Rer. Angl.*

(b) *vid. THOM. WALSINGHAM Hist. Angl. p. 31. GUIL- LERM. BRITTO ARMOR. PHILIPP. L. IV. ibi:*

lege patrum veteri Richardum, patre sepulto, efficit Anglorum Primogenitura Monarcham.

BEDFORD *histoire du droit hereditaire de la couronne de la Grande Bretagne avec des remarques.*

(c) *Libr. II. oper. fol. m. 160.*

(d) *conf.*

- (d) *conf.* RUMELIN. *ad A. B. Part. III. Diff. V. ib. 4. ibique addit*: MYLERI.
- (e) *in Hypodigm. Neustr. p. 480.*
- (f) *hist. Scot. p. 207.*
- (g) *descr. Hibernia p. 774.*
- (h) *L. I. c. 8.*
- (i) *vid.* THOM. CRAGH *ius feud. L. II. tit. 13. §. u. seq. & tit. 14. §. 2. add.* BALDUS *in l. 5. ff. d. I. & I.*
- (k) *v.* LARREY *histoire d'Angleterre T. IV. p. 296.*

§. XXXII.

Apud HUNGAROS num electio olim locum habuerit, an successio, saltem simulacro quodam electionis vestita, nostrum jam non est latius disquirere. (a) Certe antiquissima exempla testantur, primogeniti ante omnia spectatam fuisse prerogativam, (b) summo certe Hungariae bono, quae viribus hoc modo confociatis, adversus immanes Turcarum irruptiones, libertatem ab imminente jugo sartam tectamque conservavit.

- (a) *conf.* MOLINA *de primig. Hispan. C. IX. n. 3.* NIC. BETSIUS *d. pactis Fam. Illustr. C. VII. p. 227.* SPRINGSFELD *de Apanag. Cap. III. n. 179.*
- (b) *vid.* NICET. CHONIAT. *Annal. L. IV.* ANTON. BONFIN. *rer. Hungar. Dec. 2. L. 6. p. 269.* BODINUS *de Republ. L. VI. c. 5. p. 1142.* & INNOCENTIUS III. *in C. licet 6. X. de vot. & vot. redemt.*

§. XXXIII.

POLONIS, quanquam in Electione tenacissimis, Poloniae solenne tamen fuit, ut si quem ex stirpe Regia eligi contingeret, primogenitum ex Regis defuncti familia prae reliquis diademate ornarent, quod in electione Uladislai IV. (a) & ex quorundam animorum inclinatione in electione AUGUSTI II. Regis Augustissimi, (b) potissimum appa-

588

Ruffia.

Dania.
Suecia.

apparuit. RUSSORUM quoque Regnum ex instituto gentis primogenitis deferri tradunt MART. CROMERUS (c) & GIOV. CHRISTOPH. WARTIS, (d) sed liberio- rem ibi disponendi de fuceffione inter filios principum potestatem, ac in aliis regnis, novimus. Idem institutum DANOS (e) atque SVECOS (f) observasse, in vulgus notum est.

- (a) *vid. SAM. PUFENDORF. rer. Succ. L. IV. §. 67. add. BETSIUS l. c. §. 7. p. 226.*
- (b) *vid. ZALUSKI Epist. Tom. II. p. 102. 135. BIZARDIERE hiftoire de la Sciffion arrivée au Sujet de l'election.*
- (c) *in Chron. L. XXX. ap. PISTOR. Script. Pol. Tom. II.*
- (d) *Relaz. di Moscovia Part. I. c. 31. p. 161.*
- (e) *vid. JO. ISAAC PONTAN. hif. Dan. L. IX.*
- (f) *vid. JO. MAGNI Goth. Succ. hif. L. I. c. 5. & OLAI MAGNI hif. Septentr. L. VIII. c. 1. Add. SPRENGER. Syntagm. Jur. Publ. cap. II. p. 27.*

§. XXXIV.

Nec Barbaræ Gentes Primogenituræ prerogativam penitus re-
spiciunt, ut Turca, Tartari, Persæ, Georgiani, Japonenses, Egyptii, Æthiopes, Chineses, Marocani.

Nec Barbaris adeo gentibus utilissimum hoc primogenituræ jus esse inusitatum, TURCARUM, (a) TARTARORUM, (b) PERSARUM, (c) Insulæ ORMI postgenitis, ut ferunt occæcantium, (d) GEORGIANORUM, (e) JAPONENSIUM, (f) ÆGYPTI quondam SULTANORUM, (g) ÆTHIOPUM & CHINENSIUM, (h) MAROCI & FESSÆ Regum (i) consuetudines abunde corroborant.

- (a) *vid. BUSBEQUIUS Ep. Turc. l. p. 55. & PAUL JOVIUS hif. L. XIV. p. 724.*
- (b) *vid. HAYTHON. de Tartaris c. 37. 45. VESPAS. à KOCHOV KOCHOWSKY Clim. t. Ann. Pol. L. VI. ad a. 1653. GROT. d. I. B. & P. L. II. C. VII. §. 12.*
- (c) *vid. PETR. BIZARUS hif. Pers. L. X. seq.*
- (d) *vid. MANDELSLO itiner. Indic. L. I. c. VIII. p. 36.*

(e) *vid.*

- (e) *vid.* VINCENT. BELOVACENS. *Specul. hist.* L. XXII. c. 6.
 (f) *vid.* BERN. VARENIUS *descript. Regn. Japon.* C. XV.
 (g) *vid.* GUILHERM. TYRIUS L. XX. c. 12.
 (h) *vid.* BOTER. *Polit. Illust.* L. IV. c. 2. p. 320. DAMIAN. à
 GOES *d. Æthiopum moribus*, & PAUL. JOVIUS *hist.* L.
 XVIII. p. 1078.
 (i) *vid.* JAC. AUG. THUAN. *hist.* L. LXV. p. 149.

§. XXXV.

Sed hæc de cæteris in medium protulisse sufficiat. Ad nostros potius Germanos vertendi sunt oculi, quos, antiquissimis etiam temporibus, prudentissimum Primogenituræ institutum non ignorasse probabile est, (a) id quod confirmant mores migrantium Vandalorum, Longobardorum, Gothorum, Normannorum, & Francorum in Italiam, Hispaniam, Angliam atque Galliam translati, quorum ope jus Primogenituræ, a Germanorum usu imprimis derivatum esse, ex conjecturis haud improbabilibus, adstruitur. Nec desciverunt plane ab isto majorum instituto in Germania posterius, siquidem Henricus Auceps, Anno 931. legem sanxisset fertur, *ut in rebus expeditoriis successio filio primogenito præcipua esset.* (b) Cum quo consentit SPEC. SAX. L. III. art. 26. *Sedem [Scabinatus nimirum, den Schœppen-Stuhl] pater primogenito relinquet*, conf. WEICHBILD. art. 33. *add. Jus Feud. Sax.* c. 21. *Spec. Sæc. Libr. I.* art. 20. Suffragatur etiam Primogenituræ constitutio Friderici I. a Germanis licet neglecta, (c) quam reperies II. F. 55. *Præterea Ducatus, Marchia, Comitatus de cætero non dividatur; eidemque adstipulatur Fridericus II. apud PETR. de VINEIS, (d) per verba: Vivens jure Francorum, in eo videlicet, quod major natu, exclusis minoribus fratribus & coheredibus, in castro ipso succedat, inter eos nullo tempore dividendo.*

Germani ab initio prudentissimum hoc primogenituræ institutum non ignorarunt,

- (a) *vid.* TACITUS *d. morib. German. c. 32. & 44.*
 (b) *vid.* CYRIAC. SPANGENBERG. *Chron. Saxon. c. 121.*
 (c) *vid.* PHILIP. REINH. VITRIARII *Instit. Jur. publ. L. III.*
T. 20. §. 41.
 (d) *L. VI. Epist. 25.*

§. XXXVI.

Deinde vero
 subinde ne-
 glexerunt.

Quicquid tamen de illo fit, id sane certum videtur, mores patrios, quod nonnulli Romano Juri cognito tribuunt, paulatim exolevisse, & propter paritatem sanguinis, atque affectus Sec. X. XI. & XII. præsertim, feuda Germaniæ cæpisse dividi, (a) qua in re Imperatoris consensus interdum fuit adhibitus, exemplo Com. Vtonis apud REGINONEM continuatum ad An. 949. Hinc majora Imperii feuda, ab initio officii ratione concessa, (b) atque individua, (c) successu temporis divisa sunt, siquidem & allegata Friderici I. constitutio, (d) & textus A. B. c. 25. §. 2. dum divisionem Electoratum prohibet, & Principatus in sua integritate servari cupit, satis evincunt, quod divisiones tum fuerint nimis frequentes. (e) Testatur quoque illud dictorum seculorum historia, ita enim ad annum 1071. loquitur LAMBERT. SCHAFFNABURG. cum Balduwinus (Com. Flandriæ) Senior duos genuisset filios, Balduwinum & Robertum, Balduwinum omnium, que habebat, heredem instituit. Roberto, ubi primum ætas faciendis stipendiis matura visa est, naves paravit, aurum, argentum & ceteras longinquæ profectiois impensas affatim præbuit, jussitque ut ad gentes exteras iret, & si vir esset, propria sibi virtute regnum divitiasque pararet, &c. Et cum Robertus ille, Hollandia per vim occupata, a Balduino fratre armis peteretur, iste fratrem hisce verbis placare conatus est; gauderet ipse beatus sorte sua, quod

887

quod totam communis patriæ hereditatem, quam jure Gentium secum dividere debuisset, solus sine consorte obineat &c. unde colligimus, divisionem Principalium feudorum tunc receptam, & exclusionem postgenitorum a consuetudine illius ævi quoddammodo fuisse alienam. Hisce conveniunt verba OTTON. FRISINGENSIS, (f) qui de Comitatu Burgundiæ ait: *Mos in illa, qui pene in omnibus Gallie Provinciis servatur, remansit, quo semper seniori fratri, ejusque liberis, seu maribus seu fœminis, paternæ hereditatis cedat autoritas, cæteris ad illum, tanquam ad Dominum respicientibus.* Ex quibus elucescit, Ottonem hic meminisse consuetudinis, apud Germanos tunc fere obsoletæ. (g)

- (a) *vid. Dn. LUDOLPH. d. introd. Jur. primog. Part. Gen. Aph. XII. & CONRING. in not. ad LAMPADIUM Part. III. c. 5. §. 18.*
- (b) *vid. CONRING. d. Duc. & Com. Imp. §. 29.*
- (c) *conf. GOLDAST. in Seniore s. de Majoratu L. II. c. 15. seq. & Libr. III. c. 15. Dn. LUDEWIG. in der Erlæuterung der gûldenen Bulle ad Tit. VII. §. 2. p. 668.*
- (d) *vid. HENNING. ARNISÆUS d. Repub. L. II. c. 2. S. 7. n. 62. sq. ITTERUS de Feud. Imp. C. XII. §. 13. 14.*
- (e) *vid. ARNOLD. ENGELBRECHT. in Diff. de Success. in Elect. tb. 78.*
- (f) *L. II. c. 29.*
- (g) *conf. RUMELIN. ad A. B. Diff. VI. Coroll. 1. & ibi MYLER. p. 142.*

§. XXXVII.

Tandem animadvertentes Germani magno Illustribus cedere malo, ditionum inter plures fratres divisionem, & inter plebejos æqualitatem in dividendo receptam ad fastigium necessarii splendoris, & conservandæ dignita-

Tandem postliminio quasi illud in terras suas reducerunt.

tis

tis haud transferri oportere, (a) & dum Carolus IV. Imperator Sapientissimus, Electoratus seculares Primogenitō soli deferri voluit suavitque Principatus haud dividi, *a. A. B. C. VII. & C. XXV.* ceteri quoque Imperii Status, ne & apud ipsos Dignitas decrementum pateretur, ceu in Silesiacis praesertim Principibus, ex Piastis oriundis, apparuit, (b) sensim terras suas non obnoxias esse voluerunt familiæ erescendæ judicio, atque demum Sec. XVI. plures Principales familiæ proprietatem feudorum solidam ad unum primigeniorum lege, divisione penitus abjecta, venire voluerunt. (c) Romano-Catholici quidem postgenitos familiarum suarum, dignitatibus Ecclesiasticis admodos ditaverunt, Protestantes iis fortitudine & virtute eluctandi occasionem præbuerunt. Unde non opus erat opprobrio, quod iis impingere intendit personatus ab UNGERSDORFF, *im Bedencken von der von denen Calvinischen gesuchten Composition, verbis: Die Catholische sollten nur sorgen, das die Protestirenden keine Stifter bekehmen, denn so würde es durch die viele Theilungen bald dahin kommen, das ihnen das Bett zu eng würde, und Gott ihrem Gebør Verstand gebe durch die Vexation, wenn ihnen nemlich das Ländlein will zu enge werden, das sie sich nicht alle mehr darinnen erhalten, noch ihren Stand führen können, & C.* Protestantium igitur haud pauci hoc Primogenituræ institutum introduxerunt, & nostra quoque memoria adhuc passim alii hæc exempla sunt imitati. Hinc partim publicis Imperii constitutionibus, *a. Inst. Pac. Osuabr. art. XV. §. 15.* partim summa Imperatoris autoritate, (d) partim consuetudine, (e) statuto, pacto, imo etiam dispositione testamentaria (f) illud jus invaluit; cujus rei exempla in §§. pro.

§§. proxime sequentibus dabimus, si prius de modo succedendi in Imperium nostrum egerimus.

- (a) vid. MONZAMBAN. d. Stat. imp. Germ. C. II. §. 13.
- (b) vid. MYLERUS ad RUMELIN. coroll. I. Part. I. Diff. VI. p. 143.
- (c) vid. LIMNÆUS ad A. B. c. XXV. §. 2. Obs. 6.
- (d) vid. BESOLD. Part. IV. Conf. 148. n. 40.
- (e) vid. SPRINGSFELD de Apanag. C. V. n. 64.
- (f) vid. KLOCKIUS Vol. III. consil. 182. n. 233. & MYLERUS de Princ. & Stat. Imp. C. XXI n. 8.

§. XXXVIII.

Haud necessarium existimamus, ut multi simus in explicanda successione vetusti imperii Romano-Græci, secuti errorem eorum, qui idem esse Imperium nostrum, cum veteri illo sibi persuaserunt, (a) cum tamen conversa Reipubl. atque inmutata Imperantium conditio nos edoceat, alterum ab altero esse quam maxime diversum, dum populo Romano, olim magnæ Germaniæ nostræ parti imperanti, & Germanicam libertatem acerrime oppugnanti, nunc parendi saltem gloria relicta sit, quod GUNTHERUS (b) haud inconcinne cecinit:

Primogenituræ rationem habuerunt in successionebus Imperatorum.

*Quemcunque sibi Germania Regem
Eligit, hunc dives submisso vertice Roma
Suscipit, & verso Tiberim regit ordine Rhenus.*

De Germania nostra potius solliciti, quæ Romæ tandem nacta est Imperium, opus erit, ut prolixius paullo illius vicissitudines contueamur. Germania antiqua a variis populis fuit habitata, quibus varia Reipublicæ forma placuit, uti Marcomanni, Quadi, & Suiones unius, (c) Cherusci, Frisique Optimatum, (d) atque Ubii populi totius imperio se submisisse leguntur. (e) Universæ vero Germaniæ ut unus imperitaret, primi obtinere Franci.

K Isti

Isti enim, Rhenum transgressi, cum maximam Galliarum partem victoricibus armis subegissent, Rheno iterum superato, & devictis præsertim Boiis Saxonibusque, omnem Germaniam, a populis Germanis tunc infessam, sua mandata facere coegerunt. (f) Sed haud diu duravit rara hæc felicitas, quæ Carolo M. obtigerat, siquidem istius filius, Ludovicus Pius, imperio Carolino in tres partes divisio, alteri filiorum, Ludovico Germanico vulgo cognominato, Germaniam tribuit. (g) Ex isto quidem tempore Germania separatas suas res habuit, eadem tamen inter tres filios Ludovici in totidem partes denuo fuit discerpta, (h) donec illæ sub auspiciis Caroli Crassi iterum coalescerent. (i) Hoc autem imperio excidente (k) Regnum Germanicum totum Arnulpho, & post illum filio, Ludovico Infanti, delatum fuit, solamque Lotharingiam frater Zwentiboldus retinuit, (l) Illius Successor Conradus I. morti vicinus, intuitu potentia, Henricum Aucupem Principibus impense commendavit, (m) sub cuius posteris successio juxta primogenituram locum sibi vindicavit. (n) Inde, cum Henricus, Ottonis M. frater, regno potiri conaretur, eo quod ipse patre jam Rege natus esset, Otto vero ab eodem Parente adhuc Duce Saxoniz descendisset, (o) Henricus armis coactus, ad obsequium rediit. (p) Cum Henrici Aucupis prosapia quoad masculos extincta, in Conrado Salico, quem Antecessor Henricus II. commendaverat (q) ad Francos pervenisset imperium, descendentes ab eo Henricus III. IV. V. tanquam primogeniti, cum plures filii concurrerunt, accedente parentum voluntate, regnum sunt adepti. (r) Interea sub Henrico IV. in turbis intestinis, quibus Germania fuit conquassata, Principes rebelles Pontifici nimis ad-

dicti,

886

dicti, normam in Comitibus Forchheimensibus constituerunt, de Electione in posterum amplectenda. (s) Inde paulatim mixtura electionis & successionis recepta est, (t) eoque modo Lotharius, & Conradus III. Imperatorio diademate sunt ornati. (u) Fridericum I. haud parum juvit delegatio patris, filio minorenni aliquando Sueviam paciscentis, (x) eoque fati functo, protinus in locum ejus successus primogenitus Henricus VI. quem Pater, reliquis filiis varia ratione prospiciens, Regem eligi curavit anno 1169. (y) Hic Imperium hereditarium efficere voluit, sed contradicentibus Saxonibus frustra. (z) Eundem extinctum (aa) excepit dissona electio Philippi & Ottonis IV. (bb) at illo ab Ottone Wittelsbacensi perempto, & hoc, instigante Pontifice, exauctorato, (cc) electus est Fridericus II. Patre adhuc vivo Rex designatus, (dd) post cujus obitum turbulentissimum interregnum cepit, per 23. annos, summo Germaniae damno, continuatum (ee) Electus tandem anno 1273. Rudolphus Habsburgicus, insigni virtute & solerti prudentia, quietem Germaniae reddidit, (ff) & ab illo praesertim aevi liberrimae Electionis Imperatoriae primordia sunt capienda, qua mediante modo ex hac, modo ex alia serenissima Gente Imperatores fuere constituti, donec ab anno 1437. Electores, salvo eligendi jure, (gg) neminem nisi Austriaca Domo oriundum, ob summa in patriam merita, magnasque alias ob causas, solio Imperatorio admoverunt. (hh) Posteaquam igitur Austriaci insigni ista dignitate fuere decorati, eo animum intenderunt, ut Primogeniti praecipua ratione habita, eandem in Potentissima Gente sua conservarent, bene perpendentes, concordia res parvas crescere, discordia maximas dilabi. Inde cum Rudolphus II. diffidia cum fra-

tribus foveret, reliqui Archi-Duces cito deliberandum
 censuerunt, & foedere inter se contracto, Anno 1606.
 statuerunt, se omnes de unico hoc, quem natura dederat
 primum, videlicet Mathia, si Sacr. Rom. Imperium de eli-
 gendo Romanorum Rege deliberaret, fascibus Imperato-
 riis admovendo acturos, (ii) idemque constantissime
 observarunt. Cum enim mortuo Rudolpho, Hispani
 Mathia infensi anniterentur, ut Electores Albertum
 Archi-Ducem, Imperatoria dignitate ornarent, atque hi
 ab ista re viderentur haud alieni, Albertus ipse summa
 contentione allaboravit, ut Matthias eligeretur. (kk)

- (a) KNICHEN. *d. jur. territ. C. l. n. 695.* BOECLER. *notit. Imp. Lib. I. c. 5.*
 (b) *in Ligurino L. II. apud REUBER. in Script. Germ.*
 (c) *vid. TACITUS d. mor. Germ. c. 42. 44.*
 (d) *vid. TACIT. Annal. Libr. XI. c. 16. Libr. XIII. c. 54.*
 (e) *vid. TACIT. hist. L. IV. c. 64.*
 (f) *vid. ENGOLISMENSIS vit. Caroli M. p. 54. VELSER. rer. Boic. Libr. V. p. 170. MEIBOM. ad Witck. Annal. Lib. I. CONRING. d. fin. Imp. L. I. c. 4.*
 (g) *vid. NITHARDUS hist. Lib. II. ad ann. 840.*
 (h) *vid. Annal. Fuldens. ad ann. 876. & Dn. THOMASIIUS ad MONZAMB. c. I. p. 44.*
 (i) *vid. REGINO ad ann. 882. CONTINUATOR AIMOINI c. 40.*
 (k) *vid. REGINO ad ann. 888. O'TTO FRISINGENS. L. VI. c. 9.*
 (l) *vid. CONRING. d. finib. Imp. Lib. I. c. 5. p. 37.*
 (m) *vid. SIGEBERT. GEMBLAC. & LAMBERT. SCHAFF-NABURG. ad ann. 919.*
 (n) *conf. KORNERI Chron. in FELLERI Momum. ined. Trim. 3. BOECLER. in hist. Sec. IX. & X. p. 281. SCHURTZFLEISCH. in diff. quid expediat Imperio thes. 9. Dissent. LEHMANN. in Chron. Spir. L. II. c. 46. & L. V. c. 17. Cel. Dn. LUDEWIG in Diff. d. Henrico Aucupe c. II. §. 2. 3.*
 (o) *vid. LUITPRAND. Libr. IV. c. 8. Opp. p. 77. SIGEBERT. GEMBLAC. ad ann. 939. Paria huic exempla de Dario & Artaxerxe, vid. JUSTIN. hist. L. II. c. 10. Artaxerxe & Cyro, Per-*

- fr.*, vid. PLUTARCH. in *Artaxerxe* c. 2. Roberto & Wilhelmo
Ruso Anglis, vid. THOM. WICKES p. 3. BROMTON. in
Chron. p. 980. HUNTINGDON. *hist. Libr. VI.* p. 371. *the true*
Secret History of the Lives of all the Kings und Queens of Eng-
land p. 9. Eduardo I. & Edmundo, vid. MATH. PARIS. in *hist.*
Angl. maj. ad ann. 1246. p. m. 616. Joanne Galeacio & Ludovico
Moro, Ducibus Mediolani, vid. GUICCIARDINI *histor.* L. I.
 p. 25. conf. FR. HOTTOMAN. *Quaest. Illust. II.* p. m. 34. H-
 GROTIUS d. *Jur. Bell. ac Pac. L. II. C. VII. §. 28.*
 (p) vid. DIETMARI *Chron. Martisb.* L. II. p. 338. *seq. in* LEIB-
 NITZ. *Script. Brunsvic. Tom. I.* MEIBOM. ad *Witekind. Ann.*
 L. II. p. 692. in *Script. Rer. Germ. Tom. I.*
 (q) vid. SIGEBERT. GEMBLAC. ad ann. 1024. BROWER. *Tre-*
vir. Lib. II. p. 631.
 (r) vid. WIPPO in *vit. Conrad. Sal.* p. 436. LAMBERT. SCHAFF-
 NABURG. ad ann. 1056. ANON. d. *vita Henrici IV.* ap. UR-
 STIS. S. R. G. *Tom. I.* p. 386.
 (s) BRUNO in *hist. bell. Sax.* p. 136. CONRING. ad LAMPAD.
 P. III. c. 2. §. 4.
 (t) vid. OBRECHT. *diff. d. Elect. Imperat. th. 9.*
 (u) vid. *Annal. Hildesheim* ad an. 1125. *Chron. Bigaugiens.* ad an. 1138
 (x) vid. URSPERG. ad ann. 1152.
 (y) vid. GERVAS. TILBERIENS. *Orior. Imperial. L. II. c. 19.* p. 943.
 OTT. d. S. BLASIO C. XXI. *Chron. Bigaugiens.* ad ann. 1169.
 (z) vid. *Magnum Chron. Belg.* ap. PISTOR. S. G. *Tom. III.* p. 205.
 (aa) Henricum VI. ab uxore veneno sublatum esse putant, vid. AL-
 BERICUS ad ann. 1197. OTTO d. S. BLASIO c. 45. *Histoi-*
re d. S. Louis par l'Abbé de CHOISY P. I. L. I. §. 12. quod tamen
 alii negant, vid. CONRAD. URSPERGENS. qui p. 318.
 dicit: multi asseriebant cum interiiisse veneno, procurante uxore
 sua, pro eo quod nepotes ipsius supplicii interfecerat, quod tamen
 non est verisimile. Et qui cum ipso eo tempore erant familiaris-
 simi, hoc insciabantur. *Audivi ego id ipsum a Domino Chun-*
rado, qui postmodum fuit abbas Pramonstratensis, & tunc in
seculari habitu constitutus, in Camera Imperatoris extitit fami-
liarissimus.
 (bb) vid. *Chronic. Montis Sereni* ad ann. 1198. BARONIUS ad eund.
 ann. n. 57. 60.
 (cc) vid. ALBERICUS ad ann. 1211. *Chron. Elwangen.* ad ann. 1212.
 (dd) vid. ALBERTUS STADENS. ad ann. 1212. in SCHILTERI
 S. G. & *Chron. Bigaugiens.* eod. ann. apud MADERUM.

- (ee) *conf.* LEHMANNI *Chron. Spir. L. V.*
- (ff) *vid.* ALBERT. ARGENTIN. *p. 100. Chron. Colmar. P. II. p. 39. 41. NAUCLERUS Vol. II. Gen. 43. p. 966.*
- (gg) *vid. Capit. Mathie art. XXXV. & Augustissimi Car. VI. Art. II. verb: Uns keiner succession oder Erbschafft desselben anmassen, unterwinden, noch unterfangen, und darnach trachten, dasselbe auf uns, unsere Erben und Nachkommen, oder auf jemand anders zu wenden.*
- (hh) *vid.* Ill. LEIBNITZ. *Cod. Diplom. Maur. T. II. p. 252. j. T. I. p. 66. & 148.*
- (ii) *vid.* LUNIG. *im Reichs-Archiv Part. Spec. Contin. I. Abf. IV. n. XL. p. 74.*
- (kk) *vid.* PIASEC. *in Chron. p. 30. BENTIVOGLIO Relazione delle Provincie ubbidienti della Fiandra Part. II. princ.*

§. XXXIX.

Electorum

Sed hæc de Imperatorum nostrorum primogenituræ cura sufficiant, ab his convertimur ad Electores, quorum præsidio dextra Imperialis potentia roboratur, per verba A. B. c. 3. §. 1. Et illos quidem communiter distinguere videas in Ecclesiasticos & Seculares, illos electio Capitularium vel postulatio ad tantum fastigium evehit, (a) hi verò per successionem Electoratu potiuntur. Ubi circa Electoratum Palatinum, eumque octavum, & Brunsvico-Luneburgensem, qui saltem post A. B. constituti sunt, non prætereundum, quod cum Palatinum, ob motus Bohemicos, proscripisset Ferdinandus II. & Electoratum transfulisset ad Maximilianum, Bavarie Ducem, eam ob causam institutus sit pactione Osnabrugensi octavus Electoratus, Palatino concessus, tamdiu duraturus, donec masculina linea Guilhelmina profus defecerit, [de quibus verbis conferatur BUCKISCH, (b) HENNIGES, (c) Perill. Dn. de ZECH, (d)] antiqua dignitate, in hunc eventum ad Palatinum redeunte a. J. P. O. Art. IV. §. 3. 5. 9. Brunsvico Luneburgensis autem capeit in Ernesto Augusto,

3003 (99)

f. 21

gusto, cui Divus Leopoldus multis rationibus permotus ann. 1692. hanc dignitatem contulit, exclusis agnatis, ita ut descendentibus masculis Ernesti Augusti extinctis, nonus hic Electoratus quoque expungeretur. (e) Uterque hic Electoratus juxta ordinem succedendi in A. B. expressum, in primis secundum Jus Primogenituræ, est concessus, (f) frustra circa Hannoveranum protestante Maximiliano secundogenito. (g)

(a) vid. LIMNÆUS Jur. publ. L. III. c. 3.

(b) ad Instr. Pac. Westph. Art. IV. §. 3. Obscrv. 8. p. 50.

(c) in meditat. ad Instr. Pac. Westph. Art. IV. §. 4. p. 40.

(d) im Europaischen Herald Tom. I. p. 228.

(e) Pacta de concedendo Electoratu cum Leopoldo inita reperiuntur apud Perill. ZECH. im Europaischen Herald P. I. p. 313. & in LUNIGII Deutschen Reichs - Archiv Part Spec. Sect. I. p. 167. conf. HIPPOL. a LAPIDE Raisonnement von der IXten Chur - Würde n. 1. & 20.

(f) vid. LUNIG im Reichs - Archiv Part. Spec. Sect. I. p. 167.

(g) v. Lettres Historiques 1692. p. 103. seq.

§. XL.

De reliquis Electoribus monendum quod ab initio eorum, quorum origo nos non morabitur, (a) non primogenitus solus, sed plures ex Electorum familiis supersites, Electioni interfuerint, ita tamen ut plurium vota ex singulis gentibus pro uno computarentur, uti circa Comites Palatinos Ducesque Bavariæ decidit Rudolphus I. Imperator. (b) Quo etiam pertinet Johannis & Alberti fratrum Elect. Sax. conjunctio, (c) & respicere videtur declaratio Legatorum Brandenburgicorum, an. 1308. nomine Ottonis & Waldemari Marchionum, in Henrici VII. electione, (d) itemque lis inter Joannem & Rudolphum, Saxoniarum Duces, in electione Ludovici Bavari discordes; (e) Rupertus quoque Palatinus nomine suo & fratris

Hic exenti merentur *questiones*, num ante A. B. Primogenitus solus, an vero plures etiam, ex Electorum familiis supersites, Electioni interfuerint?

fratris Güntherum Schwarzburgicum elegit, (f) uti & Ludovicus, Ludovicus Romanus & Otto, Fratres, sese Archi-Camerarios vocabant. (g) Quapropter non satis certa videretur sententia JUSTI SINOLDI, dicti SCHUTZII (h) longe ante A. B. primogenituram in Electoratibus obtinuisse, sibi persuadentis, eo quod duo exempla Brandenburgensium & Bavarorum armatorum seculorum genium sapiant, cum plures allegati casus, imo ipsa Imperatoris decisio, in aliam trahant sententiam. (i) Primus ergo fuit Carolus IV. qui autoritatem Electorum territoriorum amplitudine augendam, & rixas, e diversitate votorum natas, quæ Palatinam, Saxonicamque familiam maxime turbaverant, tollendas ratus, (k) decrevit, ut Electore mortuo semper jus, vox ac potestas ad primogenitum, legitimum, laicum, vel his eorumque liberis deficientibus, ad seniore[m] fratrem laicum deferatur; præterea unionem, indivisibilitatem & integritatem Principatum Electorum (l) firmissime stabilivit, pietati ipsorum simul commendans, ut fratribus sororibusque de Appanagio, item dote prospiciant.

(a) *De Origine Electorum scripsit* Cel. Dn. WILH. GABR. PACHELBLE a GEHAG, SIMON SCHARDIUS, ERICUS MAURITIUS, OTTO MENCKENIUS, JANUS, aliique, quos recenset GEWOLDUS de Septemvirat. C. III. THULEMARIUS de Octoviratu C. VII. §. 1. 2. JOACHIM. ERN. CRUGERUS de Novemvir.

(b) *vid. Diploma in HUNDII Metrop. Salisburg. T. I. p. 80.*

(c) LIMN. *addit. ad L. 3. c. 7. p. 350.* GOLDAST. *in collect. Imp. Tom. I. ad an. 1279. p. 92.*

(d) *apud LEIBNITZ. Cod. Diplom. p. 50.*

(e) *vid. BURGUND. hist. Bav. L. I. p. 10.*

(f) *vid. TOLNER. Cod. Diplom. Pal. p. 86. conf. SCHILTER. Inst. Jur. publ. T. II. r. 17. p. 122.*

(g) *vid. LEIBNITZ. Cod. Diplom. in Mant. p. 250.*

(h) *in*

¶ (63) ¶

- (h) in *Coll. d. Stat. Rei Rom. Vol. I. Ex. VII. th. 10. lit. c.*
- (i) *vid. CONRING. ad LAMPAD. Part. III. C. IV. §. 8. add. Dn. LUDEWIG in der Erleuterung der güldenen Bulle p. 32. l. g.*
- (k) in *A. B. Tit. VII. §. 2. add. LUDEWIG. ad h. r.*
- (l) *Tit. XX. & XXV. A. B.*

§. XLI.

Varia hic moventur a Doctoribus Juris publici Quaestiones, quas, prout ad primogenituram illustrandam facere possunt, paucis sub incudem vocabimus. Ab initio considerandum, num is primogenitus sit, qui antequam adeptus esset Pater dignitatem, natus est, quod affirmandum, cum A. B. (a) nulla temporis distinctione usa fit, & adeo nepotem ad avi successionem vocet, patre ante acquisitum Electoratum defuncto; ita Io. Georgius I. Saxoniae Elector mortuo demum fratre seniore, Christiano II. a Patre nondum Electore prognato, ad Electoratum est admissus. (b)

Num is Primogenitus sit, qui antequam Pater dignitatem Electoralem adipisceretur, natus est?

- (a) *Tit. VII. §. 2.*
- (b) *vid. COLER. d. Jur. Imp. Germ. Sect. 52. CARPZ. ad A. B. Disp. 4. semidec. q. 4.*

§. XLII.

Si gemelli fuerint nati, primus uterum maternum totus exiens erit praferendus. (a) Quod si ea de re dubitetur, optime vel rem sorti committendam, vel eadem recusata, utrumque regimini praeficiendum putaremus, cum RUMELINO. (b)

Quisnam ex gemellis pro primogenito habendus sit?

- (a) SCHWEDER. *Inrod. in jus publ. Part. Spec. f. 2. c. 3. §. 7. comm. ad A. B. Part. I. Diff. VI. th. 6. & P. III. Diff. V. th. 10.*
- (b) *ibi MYLER. in annot. add. JO. KLEIN. Diff. d. dub. primog. jure SCHUTZL. Vol. I. Jur. publ. D. VII. th. 10. Dn. LUDEWIG in comm. ad A. B. p. 692.*

L

§. XLIII.

§. XLIII.

An Primogenitus Electoratum jam habens, Patri simul in alium Electoratum succedere queat?

An Primogenitus Electoratum jam possidens, Patri in alio succedere queat, dubium existit. Notum quidem est, a Sigismundo investituram Electoratus Saxonici, tunc aperti, Palatino, & Brandenburgico, qui eam filiis suis petebant, ex ista ratione, quod insolens sit, Patrem & filium simul Electorali dignitate frui, fuisse denegatam. (a) Videtur etiam, unum ad binos Electoratus haud admittendum, ut numerus Collegii Electoralis conservetur. (b) Attamen cum Henricus Leo Saxoniam Bavariamque, Otto illustris Bavariam & Palatinatum possederint, Ludovicus I. jam Marchio Brandenburgicus per transactionem Ticinensem suffragium septemvirale Palatinum alternatim sibi pactus sit, (c) Carolus IV. Bohemorum Rex Marchiam Brandenb. pretio acquisiverit, (d) nec numerus Collegii Electoralis penitus immutetur, si eadem persona duplici jure duo suffragia ferat, affirmativa accedere non dubitarunt LIMNÆUS, (e) LUDEWIG (f)

- (a) *vid. FABRIC. Orig. Sax. L. VII. p. 606. SIGISMUND. Imp. in Bekantniß Brieff über das Churfürstenthum Sachsen, ap. GOLDAST. Reichs-Satzungen P. II. p. 103. verb. wiewohl Kayserl. Majest. der zween Churfürsten Bitte gern erberet, so hatte doch dieselbe inniglich betrachtet, Gottes und des Heil. Röm. Reichs Ehre, das nicht viel geboret und fremd wäre, daß Vatter und Sohn solten zwey Churfürstenthümer besitzen, &c.*
- (b) *vid. A. B. T. VII. §. 5. & T. XX. FRITSCH. Exerc. J. P. Vol. II. in App. Dn. STRUV. in S. J. P. Diff. XVI §. 26. 27.*
- (c) *vid. ANDR. PRESB. Ratisbon. p. 34. seq. in SCHILTERI S. G. & LUNDORP. Tom. IV. L. III. c. 108.*
- (d) *vid. KRANTZ. Vandal. L. IX. c. 10. 31. JO. DUBRAV. hist. Bobem. L. XXII. p. m. 213.*
- (e) *Addit. Tom. IV. ad. L. III. c. VII. p. 349. seq.*
- (f) *in der Erläuterung der G. B. p. 906.*

§. XLIV.

890

Primogenitum mente captum, fatuum aut alio famofo & notabili defectu laborantem a fucceffione excludit Aur. Bull. C. 25. §. 2. quod Primogenitura contra utilitatem Imperii non fit extendenda. (a) Huc refertur etiam fi furdus, mutus aut cœcus fuerit, (b) & quanvis ad alia feuda hujusmodi Vafallus confenfu Domini admittatur, (c) in Electoribus tamen Imperatoris confenfus idem operaturus haud videtur, cum Electores intimi confiliarii Imperatoris & Imperii appellentur Cap. Car. VI art. XI. verbis: *der Churfürften als unferer innerften Ræthe Gedancken vernehmen* &c. quod munus ab eo, qui tali vitio laborat, commode decoreque obiri non potest, & in difpenfatione ifta non Imperatoris folum, fed & Imperii res agatur. Levis autem defectus, qui ipfum adminiftrationi haud reddit inhabilem, primogenito haud obftabit; uti etiam fi tales defectus, acquifita jam dignitate, fuperveniant, humanius erit, adminiftratorem admitti, quam Electoratu quenquam privari. (d)

An Primogenitus mente captus, fatuus, aut alio famofo & notabili defectu laborans, ad fucceffionem admitti debeat?

- (a) *vid.* SCHURF. *Cent. II. conf. 24. n. 8.*
- (b) *vid.* RHETIUS *ad I. F. 6. §. 3.* & HARTMAN. PISTOR. *P. II. q. 32.*
- (c) *vid.* DAN. MOLLER. *in Semestr. Libr. III. c. 34.* ROSENTHAL, *C. III. concl. 8.* VULTEJ. *d. feud. C. IV. n. 11.* STRYCK. *Tr. de Jur. Senf. Diff. II. c. 3. n. 4.* & *Diff. IV. c. 3. n. 3.*
- (d) *vid.* LIMNÆUS *ad A. B. C. VII. §. 2. Obf. 11.*

Equidem Pater primogenitum a jure fuo excludere haud poterit, cum & naturæ & Imperii lege impediatur; adeo ut nec testamento illud imminuere poffit, nifi filii confenfus & Cæfareæ confirmatio accefferit, quod exem-

Num Patri Primogenitum a jure fuo excludere, ipfique Primogenituræ renunciare liceat?

plo Caroli Ludovici, Electoris Palatini, illustrat RHE-
TIUS, (a) HERMES, (b) filio tamen huic juri renun-
ciare licitum; uti Joannem Brandenburgicum precibus
Patris hoc dedisse legimus, ut fratri secundogenito Fride-
rico toto Electoratu cederet. (c) Pariter Adolphum Pa-
latinum, Anno 1327. tranquillioris vitæ amantem, fratri,
Rudolpho, Electoratum resignasse nonnulli tradunt, quod
alii rectius negant, Adolpho eodem anno defuncto, (d)
modo ista renunciatio non cadat in præjudicium alte-
rius. (e)

(a) *in Diff. de transmiss. territ. Germ. in Success. C. II. n. 30. seq.*

(b) *in fascic. J. P. c. XIV. n. 23. p. 274.*

(c) *vid. Dn. GUNDLING. im Leben Friedrich I. Churfürst. von
Brandenburg p. 482. CERNITIUS d. Elect. Brandenburg.
p. 12. RENSCH Brandenburg. Cedernhajn. p. 586.*

(d) *vid. CAR. LUD. TOLNERI hist. Pal. C. II. p. 47.*

(e) *vid. RUMELIN. ad A. B. P. I. Diff. VI. th. 6.*

§. XLVI.

Si Primogenitus decedat ante mortem patris, tunc
avo succedit primogeniti primogenitus, excluso patruo,
cum in hac successione non majoris ætatis, sed lineæ præ-
rogativa spectetur; (a) nisi primogenitus ex libera vo-
luntate jure suo cedere velit, qua benignitate Rupertum
Juniozem Palatinum, erga Patruum Rupertum Se-
niorum anno 1356. confirmante Carolo IV. (b) & Ot-
tonem Henricum, erga Fridericum II. anno 1524. an-
nuente Carolo V. (c) usos fuisse novimus, Electoratu
ipsis ad dies vitæ concessio. Atque hoc continuatur,
donec descendentes masculi ex primogenito plane de-
ficiant, quo casu locum secundo genitus, fictione quasi
juris Primogenituræ occupat, & in ejusdem primoge-
nito, atque sic ulterius, successio perpetuatur, (d) quod
enixius

In successioni-
bus Electora-
libus, non æ-
tatis, non gra-
dus, sed lineæ
spectatur præ-
rogativa.

enixius etiam circa tertio-genitum, ejusque lineam declaratum a Carolo IV. in Bulla Saxonica Duci Wenceslao an. 1367. data, (e) & a Sigismundo in Bulla Palatina de an. 1414. & 1434. (f) Vacantibus lineis descendentium an idem primogenituræ respectus in Collateralium successione sit habendus, in A. B. quidem disertis verbis haud deciditur; Sed cum circa descendentes linealem successione observari mandaverit Carolus IV. nisi omnia nos fallunt, magis præsumendum est, quod eadem ipsi voluntas etiam circa collateralium successione duraverit, cum præsertim partem legis obscuram & dubiam, ex parte altera illius clara atque perspicua explicari moris sit, nec interpretatio ista repugnet verbis A. B. C. VII. §. 2. aut Bullæ Saxonicae vel Palatinae. Nam FRATER SENIOR, cujus ibi mentio fit, & ex quo vocabulo tota disputatio orta est, procul dubio non in proprio, (g) sed Juris sensu, circa jus Primogenituræ recepto, intelligendus est, quo Major, Senior, & Primogenitus pro iisdem habentur, (h) adeo ut hujusmodi Senior non ætatis solum, sed & lineæ prærogativa gaudere debeat. (i) Controversia hinc enata inter lineam Saxo-Vinariensem & Altenburgensem, illis agnatum ætate seniore, his proximior lineam in Electoratu aliquando successurum affirmantibus; Altenburgensium partes cum MARQV. FREHERO defendit ARNOLD. ENGELBRECHT (k) Vinariensium vero propugnavit OBRECHTUS, KNICHIUS, & MELCH. GOLDASTUS in libro *de jure Representationis in Primogenitura Imperii Germanici*, & uberius postea in Tract. quem *Senior, s. de majoratu*, inscripsit. Utriusque argumenta breviter exposuit JAC. AND. CRUSIUS,

(l) Tandem Rudolphus II. Imperator, re ad se delata, li-

tem pro Altenburgensibus decidit, Vinariensibus protestatione & appellatione interposita adhuc contradicentibus. (m) Illud præterea, pro materia substrata, investigandum videtur, an in successione Electorali Agnatorum potior sit primogenitus qui linea, an vero qui gradu, prævaleat? Hanc quæstionem post Caroli Electoris Palatini mortem inter Philippum Wilhelmum Neoburgicum & Leopoldum Ludovicum Veldentium anno 1685. motam fuisse constat. (n) Sed lineam potissimum respiciendam esse ex præcedentibus liquet, (o) quod Veldentium ipse agnovit, dum causam suam non ex A. B. in specie sic dicta, sed Palatina illa (p) adstruere conatus est, (q) licet hujus quoque contradictionis haud adeo magna fuerit habita ratio. (r)

- (a) *vid.* ENGELBRECHT. *Diff. d. Success. in Electorat. concl.* 27. 31. 62. *junctam Vol. III. Disp. J. P. Hannoverie & Francofurti impressarum.*
- (b) *vid.* *Diplom. in TOLNERI Cod. Pal. p. 90. add. Dn. LUDEWIG in Germania Princ. C. I. §. 19. in notitia Palatinatus.*
- (c) *vid.* FREHER. *in Comment. ad A. B. C. VII. p. 601.* TH. LEOD. *d. vit. FRIDERICI II. Libr. VI. ad ann. 1524.* LUDEWIG *in Com. ad A. B. p. 710 sqq.*
- (d) *vid.* A. B. *Tit. VII. §. 2. 3.*
- (e) *vid. eam in GOLDASTI Reichs-Satzungen P. II. p. 90.* FREHER. *de Success. in Electorat. p. 597.* STRAUCH. *Dissert. Exot. II. §. 5.*
- (f) *ap. GOLDAST. in Statut. & Rescript. Imp. p. 144; Singulatim vero in hanc bullam commentatus est FREHERUS, qui Commentarius uti & reliqua scripta huc facientia extat in representatione Imperii, Noriberg. 1657. 4.*
- (g) *vid.* KNIPSCHILD. *de nobilit. L. III. c. 10. n. 110.*
- (h) *vid.* DIDAC. COVARRUV. *d. testam. P. II. n. 8.* GOLDAST. *de Majorat. L. II. c. 5.*

(i) *vid.*

- (i) *vid.* DIETRIC. *Comment. ad A. B. c. VII. ad verb.* Seniorein STRAUCH. *Exerc. Exot. II. th. 4.*
- (k) *in Dissert. de Success. in Electorat.*
- (l) *de jure pcedo. L. IV. c. 9.*
- (m) *vid.* HÖRTLEDER *im wahrhaftigen und gegründeten Bericht, was in dem erregten Præcedenz- und Primogenitur-Streit vorgelauffen, 1613. 4. qui integram controversiam exponit.*
- (n) *vid.* KULPISIUS *in Comment. ad MONZAMBAN. C. II. §. 5.* PFEFFINGER *ad VITRIAR. Lib. I. Tit. XIV. §. 13.*
- (o) *vid.* JO. WOLFFG. TEXTOR. *successio linealis per se & in Electorat. secularibus.*
- (p) *quam Commentario FREHERI illustratam v. in Repræsentatione Imp. p. 556.*
- (q) *conf.* SCHILTER. *Tr. de natura Successionis feudalis junct. Juri Feud. Alem. & quedam in ejusdem Tr. de Paragio & Apanagio. It. Erleuterung des Pfaltz-Veldentzischen Successions-Rechtens, zu der letzt erledigten Pfaltzischen Chur und angehörigen Landen, Strasburg 1688. 4.*
- (r) *conf.* Cel. LUDEWIG *in der Erleuterung der G. B. p. 704. seqq. qui integram hanc controversiam breviter exponit; ubi etiam enumerationem librorum, qui de hac materia scripti sunt, invenies.*

§. XLVII.

Restant adhuc nonnulla de Electoralibus terris dicenda, quibus supra allegata A. B. dispositio applicanda est. Unde dispiciendum, an illa obtineat in Regno Bohemiæ? Cujus rei decisio pendet ex quaestione præjudiciali, an Regnum Bohemiæ sit electivum an Successivum? Bohemi illud mere electivum esse prætenderunt, quod 1.) in A. B. c. VII. §. 5. privilegia Regni Bohemiæ, super electione Regis in casu vacationis per regnicolas facienda, eidem sint reservata, 2.) omnes Reges, teste ob-

An Primogenitura obtineat in Regno Bohemico?

servan-

servantia fuerint electi, eaque libertas Reversalibus Regiis fuerit confirmata, præsertim si quando commendatione Regum ex Gente ipsorum successores sint nominati, 3.) sanguine conjuncti interdum sint præteriti, uti in Georgii Podiebradii electione, 4.) privilegiâ quorundam Imperatorum adhuc extent, qui jus electionis Bohemicum corroboraverint, 5.) vacante Regno Principes exteri per legatos sui rationem haberi petierint. (a) Sed qui Regias in succedendo partes tumentur, responderunt 1.) textum allegatum A. B. tantum ad casum deficientis familiæ regiæ restringendum esse, quo eveniente non Imperatoris, ut in cæteris Electoratus, sed Regnicolarum provisioni novi Regis electio relicta sit, uti ex Caroli IV. confirmatione privilegiorum Bohemicorum (b) & ipsâ A. B. (c) evidenter apparet: 2.) ex historia Bohemica esse certissimum, Gentem Bohemicam, utpote a Venedis ortam, qui a Tacito Germaniæ jam accensiti, mista succedendi ratione semper usam, siquidem in impropiis istis electionibus intra familias Ducum Regumque suorum semet continuerit, adeo ut externæ familiæ, si masculos respicias, saltem sceminarum intuitu, ad capeffendas regni habenas fuerint evocatæ; Reversales autem vel ad umbram istam Electionis conservandam, vel ne populus, successore vivis adhuc Regibus destinato, duobus Dominis prægravaretur, datæ videantur, quibus accedit, quod lingua Bohemica Regis adsumtio, sive successions sive alio jure fiat, generali Electionis verbo significetur; (d) 3.) quæ de Georgii Podiebradii electione narrantur, nihil ad rem præsentem facere posse, cum ista omnia in bellis civilibus gesta sint; 4.) nec deesse Imperatorum diplomatata, quibus jus successions & primogenituræ stabi-

893

stabilietur, ita enim Fridericus II. *Semper major natus. senior ex generatione Tua, ex Te & ex successoribus Tuis legitime descendentes in Regno succedant.* (e) conf. Rudolphi I. privileg. Erphordia an. 1290. (f) Alberti I. an. 1306. in Comitibus Noricis datum, (g) Caroli IV. successione hujus perquam studiosi, an. 1378. a Palatino Vicario, (h) & reliquis Electoribus confirmatum, (i) cum quibus confessiones Statuum Bohemicorum, & constitutiones conveniunt. (k) 5.) Principum exterorum conatus saltem de casu Regia stirpis penitus extinctae esse intelligendos; (l) Fuit ista lis Sec. XVII. maxime agitata, donec eadem in ferale bellum prorumperet, quo Bohemia, a Ferdinando II. armis subacta, & infelici praelio Pragensi Genti Austriae hereditaria est facta, (m) & vocatur *Kaysersl. Majest. Erb-Koenigreich, im Prager Frieden-Schluss §. Was der Römisch-Kaysersl. Majest. add. Instr. Pac. Osnab. Art. IV. §. 55.* unde nullum jam restat dubium, Primogenituram Electori Bohemiae esse usitatam, quae in reliquis etiam Electoribus secularibus constantissime observatur.

- (a) *vid. PAULUS STRANSKIUS Cap. V. Reipubl. Bohem. a §. XXI. ad XXXII. a p. 199. ad 261. Apologie derer Böhmiſchen Stände wider König Ferdinandum II. Deductio causarum abrogatae Ferdinando II. dignitatis Bohem. Praga 1620. 4. Leo rugiens ad aquilam Esaiæ 54. v. 17. Neostad. 1620. 1621. 1622. & JUSTUS ASTERIUS de Pace Pragensi.*
- (b) *apud GOLDAST. Reichs-Satzungen P. II. p. 39.*
- (c) *Cap. XXV. §. 2. & C. XXX. §. 2.*
- (d) *vid. evidentia causae Bohem. p. 12.*
- (e) *vid. PETR. de VINEIS. L. VI. Ep. 26.*
- (f) *apud GOLDAST. constit. Imp. T. II. p. 85.*
- (g) *vid. Bedencken vom Koenigreich Böhmen, ob dasselbe erblich, oder ein Wahl-Koenigreich sey.*

M

(h) *vid.*

- (h) *vid.* GOLDAST. l. c. p. 91. 93.
- (i) *vid.* LONDORP. *Act. publ.* Tom. I. L. VI. c. I. p. 82.
- (k) *vid.* LONDORP. l. c. Tom. I. L. II. c. 20. p. 192. L. IV. c. 95. p. 651.
- (l) *conf.* *Deduction der Erb-Gerechtigkeit apud eundem* L. IV. c. 85. p. 634. & *loco omnium* MELCH. GOLDAST. *integro* L. VI. *de Regno Bohem.* add. Dn. LUDEWIG *comm. ad A. B.* p. 754. *seqq.* & *in Diff. de suffragio Reg. Bohem.* C. II. §. 17.
- (m) *vid.* *Diplom. in* BALBINO n. 98. 99. p. 138. NICOL. HELIUS *Silesogr. renov.* c. IX. §. 44. 45. 46. p. 874. *seq.*

§. XLVIII.

An Primogenitura in aliis ditionibus, præter Electoratum ab Electore possessis, locum inveniat?

An vero eadem in aliis ditionibus, præter Electoratum, ab Electore possessis obtinere debeat, sollicite a multis disquiritur. Et de terris quidem ipsi Electoratum antiquis jam temporibus unitis, atque incorporatis illud statuere haud veretur LIMNÆUS; (a) At de cæteris ad Electoralem dignitatem haud pertinentibus maxime dubitant, cum & de illis A. B. non sit intelligenda, & Electores testamento sæpius easdem inter liberos diviserint, uti ex tabulis testamenti a Joan. Georgio I. Electore Sax. anno 1652. confecti, certum est, (b) eandemque ob causam Veldentios in successione Electorali Palatina ad divisionem provocasse, cum spes succedendi in Electoratum concideret, notat SCHILTERUS. (c) E contrario alii ex A. B. C. XX. verbis: *annexis & dependentibus, ad quemlibet Principatum eorundem spectantia &c. nec aliquid præmissorum ab altero, cum sint & esse debeant inseparabilia dividi vel ullo tempore debeant separari &c.* unionem ejusmodi territoriorum statuunt, imprimis quod, jure Primogenituræ recepto, tota Provincia ad natu majorem filium devolvatur, adeo ut & Provincias illius accessorias ad

ad eundem solum pertinere moneant Autores, (d) unde affirmativæ accedunt GOLDASTUS, (e) BESOLDUS, (f) Dn. LUDOLPHUS (g) eamque sententiam tanquam usu receptam recenset HENNIGES. (h)

- (a) ad. A. B. C. XXV. §. 1. *Observ. 4. Add. BETSIUS de pactis fam. Ill. C. VIII. §. 12. Dn. LUDEWIG Comment. A. B. p. 693.*
- (b) *quod v. in SPRENGERI lucerna Imp. C. II. p. 104.*
- (c) *ad BETSIUM de pact. fam. Ill. C. VIII. §. 12. add. SCHUTZ. de Vicar. concl. 26. SPRINGSFELD de Apanag. C. V. n. 15.*
- (d) *vid. MYLERUS ab EHRENBACH. d. Princ. & Stat. Imp. C. XXI. §. 18. 20.*
- (e) *in Senior. f. de majorat. L. II. c. 15. n. 1.*
- (f) *L. I. Diff. de Elect. VI. p. 63.*
- (g) *de introd. Jur. Primogen. Part. Spec. aph. 10.*
- (h) *in meditat. ad Capit. Josephi Art. III. lit. b. p. 71. ibi enim: Wir wollen allewege & c. die weltlichen Chur-Hauser bey ihrem Primogenitur-Recht, und ohne dasselbe wieder Gebühr restringiren zu lassen, nach Inhalt der güldenen Bull & c. verbleiben lassen. it. Cap. Caroli VI. art. 1.*

§. XLIX.

Huc usque illa, quæ de primogenitura in Electoribus dicenda fuere, pertractavimus; Antequam vero ad Principes Imperii nostri transeamus, præmonenda duximus nonnulla de modis, quibus utilissimum primogenituræ jus ab iis introductum. Et quidem ^{Imo} Lege Imperii publica illud constitui posse, haud dubitamus, licet GOLDASTO (a) non assentiamur, qui ad A. B. (b) provocat, hanc sanctionem ad omnes Imperii Principatus extendendam esse ratus. Verum enim vero nec olim, nec hodiernum, jus Primogenitii ab omnibus Principibus esse receptum ex sequentibus elucescet, neque verba A. B. quæ Electorum solum successionem respiciunt,

Introducitur
 jus Primogenituræ

(t) per Legem Imperii,

idem volunt, atque in dubio ipsam primogenituræ indolem ejusque efficaciam tantum commendasse videntur, imo Principes, qui postgenitos a successione excludunt, potius ad Imperatoris confirmationem, aut pacta & statuta specialia &c. confugiunt, quibus opus non haberent, si per istam legem antiquam illud fuisset generaliter stabilitum. (c) Cæterum haud imus inficias, posse primogenituram, uti dictum, per leges Imperii, adhuc hodie constitui, quod in Serenissima Hassorum Gente factum fuisse novimus. (d) II. interdum primogenitura privilegio aut investituræ Imperatoris debetur; uti Augusta Austriacorum familia privilegio Friderici I. de anno 1156. a pluribus deinde Imperatoribus confirmato, (e) atque Würtembergica investituræ Maximiliani I. (f) eandem in acceptis ferunt, quam tamen Cæsaris potestatem suos limites agnoscere videas. (g) III. Consuetudine, vel præscriptione immemoriali quoque hoc jus receptum docent TIRAQUELLUS, (h) SCHRADERUS, (i) atque hoc quoddammodo fundamento in Würtembergicis, Lippenfibus aliisque ditionibus idem quondam fuisse subnixum videtur, donec aliis modis illud firmiter redderetur. (k) IV. Ultimæ voluntatis dispositione fuit quandoque statutum, ut bona ad primogenitum tantum pervenirent, uti exemplis Alberti V. Bavari anno 1573. (l) Alexandri Claudi Palatini anno 1514. (m) atque plurimum patescit. V. Pactis atque Statutis hoc jus in familias investum fuisse constat, atque hac ratione in Domo Brandenburgica Dn. LUDEWIG, (n) Brunsvico-Luneburgensi, Cel. Dn. CAR. OTTO RECHENBERG, Fautor noster omni honoris cultu prosequendus, (o) Megapolitana, FABER, (p) Holfato-Gottorpiensi, Hassiaca, Baden-

(2) per privilegium aut investituram Imperatoris,

(3) per consuetudinem vel præscriptionem immemorialem,

(4) per testamentum,

(5) per pacta atque statuta,

895

Badensi, Dn. LUDOLPHUS (q) illud inductum fuisse testantur.

- (a) *de Majorat. L. II. c. 15.*
- (b) *C. XXV.*
- (c) *vid. SPRINGSFELD de Apanag. C. V. n. 15. seq.*
- (d) *vid. J. P. O. & M. Art. V. §. 15. & Rec. Imp. d. an. 1654. §. 188.*
- (e) *vid. GOLDAST. constit. Imp. Tom. I. p. 302. LIMNÆUS J. P. Libr. V. cap. II. n. 31.*
- (f) *vid. HORTLEDER. d. C. B. G. Tom. I. libr. III. Cap. I. n. 5.*
- (g) *vid. SPRINGSFELD de Apanag. C. V. n. 28. seq.*
- (h) *de jur. primogen. qu. XVI. n. u.*
- (i) *Vol. I. Consil. n. 352.*
- (k) *vid. Dn. STRUVIUS in S. I. P. Diff. XXVII. §. 5. LUNIG in Reichs-Archiv Part. Spec. Cont. II. VIte Abib. tote Abf. p. 91.*
- (l) *vid. SPRINGSFELD. d. Apanag. C. III. n. 56. 57.*
- (m) *vid. ARNISÆUS d. Republ. L. II. C. u. f. 7. n. 38.*
- (n) *Germ. Princ. L. II. c. 4. p. 117.*
- (o) *in Diff. de Success. in Sereniff. Guelf. Domo usitatis Cap. II. §. 35.*
- (p) *in der Staats-Cantzeley Tom. VI. p. 243.*
- (q) *de introduct. Jur. primogen. Part. Gen. Aph. XIII. §. u. seqq.*

§. L.

Hæc tamen ut rata sint atque firma, plura requirunt Doctores, (a) e quibus potissima transferemus. Desinant autem Imo consensu solenni Ordinum, qui sunt Provincialium, pacta ista corroborari, quod observavit Ernestus Augustus Dux Brunsvico-Luneburgensis, antequam Electoralem dignitatem nancisceretur, (b) II. ut postgenitorum jurejurando pacta hæc confirmentur, quod in territoriis novis præcipuam utilitatem præbet, (c) ceu ab Henrico juniore & Wilhelmo Ducibus Brunsvicensibus anno 1535. factum esse tradit SPRINGS-

Cautiones quædam in introducendo jure Primogenituræ adhibenda.

FELD. (d) III. ut secundogenitis de Apanagio, & filiabus de dote congrua prospiciatur, (e) quod in pactis Geraviensibus Domus Brandenburgicæ haud esse neglectum videre est in RHETII *Diff. de Fure-portion. alim.* (f) IV. ut Imperatoris autoritas accedat, ne in Vassalli libera potestate esse videatur, pacta investituræ immutare, uti præjudiciis Ducum Brunsvicensium & LandGraviorum Hassiæ ostendit MYLERUS, (g) eamque in testamentaria quoque dispositione adhibendam esse, exemplis supra (h) adductis sibi persuadent. V. ut Statuum Imperii assensu ista omnia robur accipiant, (i) imprimis ob Art. III. Cap. Leopold. & Car. VI. Art. I. monent. Illis enim caveatur, ne Imperator absque ipsorum suffragiis jura acquisita contrariis privilegiis imminuat, quod omnino fieret, si portio territorii minoribus debita per jus primogenituræ auferretur. Verum licet nemo, ut credo, negaverit, consultum esse, ut majoris cautionis ergo, hifce omnibus adhibitis, futuris aliquando litibus via præcludatur, non tamen exempla & rationes desunt, quibus pacta ista, uno vel altero horum neglecto, rescindi non posse evincatur, conf. BETSIUS, (k) SPRINGSFELD, (l) WESENBECIUS, (m) MAURITIUS, (n) ad quos hujus rei cupidos alegantur.

- (a) *vid. BETSIUS d. pact. fam. III. cap. IX. §. 31. seqq. & C. X. §. 51. SPRINGSFELD. de Apanag. Cap. V. n. 47. seqq.*
- (b) *vid. LIMNÆUS J. P. Libr. IV. C. VIII. n. 121. Perill. Dn. de ZECH, im Europ.aischen Herold Part. I. p. 323.*
- (c) *vid. RHETIUS in Diff. de transmiss. territ. Germ. in success. Cap. III. n. 16.*
- (d) *de Apanag. Cap. III. §. 65.*
- (e) *vid. MYLER. ab EHRENB. d. Princ. & Stat. Imp. C. XXI. §. 8.*

(f) *Cap.*

896

- (f) *Cap. III. §. 27.*
- (g) *in addit. ad RUMELIN. A. B. P. III. Diff. IV. §. 8. lit. c.*
- (h) *§. preced. num. IV.*
- (i) *vid. LIMNÆUS l. c.*
- (k) *de pact. fam. III. C. X.*
- (l) *Libr. I. Consil. 15.*
- (m) *Consil. Chilon. P. II. conf. I.*

§. LI.

Interea adhuc discipiendum, an Primogenitura in- An Primoge-
nitura ad ter-
ras Allodiales
quoque refe-
renda sit, in-
dagatur?
troducenda ad terras allodiales quoque sit referenda? Quod
si allodia Provinciæ fuerint unita, GAILIUS (a) &
REINKINGK (b) affirmarunt; negantibus BETSIO,
(c) ROSENTHAL (d) aliisque. Hæc controversia, mor-
tuo Carolo, Electore Palatino, a Gallis jura Ducis Aurelia-
nensis armis & scriptis tutantibus, fuit agitata, donec ar-
bitrio Pontificis anno 1702. eadem componeretur, ita ut
300000. Scutatis monetæ Romanæ acceptis, Aurelianen-
sis juribus suis renunciaret. (e)

- (a) *Libr. II. Obs. v.*
- (b) *d. Reg. Sec. & Ecclesiast. L. I. Cl. IV. c. 17. n. 95.*
- (c) *l. c. Cap. X. §. 17.*
- (d) *de feud. Cap. VII. concl. 13. n. 3.*
- (e) *vid. CASSANDRI THUCELII f. vero nomine CHRIS-
STOPH. LEONH. LEUCHT. Ast. publ. Sec. XVIII. Tom.
III. c. 3. p. 358.*

§. LII.

Illud denique vel verbo monendum putavimus, Quo titulo
antiquorum titulos
geniti?
postgenitos Principum Germaniæ antiquorum titulos
majorum retinere, excepto Electorali. Sed in Etruria,
Mantua, Sabaudia, Gallia, Anglia, Belgio & alibi minores
nati non dignitatis supremæ titulum, verum familiæ tan-
tum nomen usurpare solent. (a) Ast in plerisque [non
tamen

tamen in omnibus, uti sine fundamento voluit SPRENGERUS (b)] novis Principum familiis autoritate Imperatoria constitutum, ut Primogenitus tantum Principali dignitate corruscet, reliquis Comitum titulo contentis, quod diplomata Ferdinandi II. anno 1623. Zolleranis (c) & Salmensibus, (d) Ferdinandi III. anno 1653. Auerspergico, (e) Leopoldi, anno 1662. Ost-Frisio, (f) & 1664. Porciis, (g) nec non anno 1674. Oettingensi, (h) atque Josephi, anno 1709. Jo. Paul. Mariae Melolupi, Marchionis Soranæ, Italo (i) data, satis evincunt.

(a) *vid. SPRINGSFELD. de Apanag. C. XI. n. 82.*

(b) *in Lucern. Imp. C. II. p. 207.*

(c) *vid. LUNIG in Reichs-Archiv IVte Abth. 17. Abs. p. 434.*

(d) *ID. 20. Abs. p. 449.*

(e) *ID. 23. Abs. p. 489.*

(f) *ID. l. c. Vol. IX. p. 783.*

(g) *ID. ibid. p. 787.*

(h) *ID. l. c. IVte Abth. 27. Abs. p. 647.*

(i) *ID. Vol. IX. p. 83.*

§. LIII.

Primogenitura attenditur in Serenissimis Principum Germaniæ familiis, & quidem

Jam ordo postulat, ut Catalogum quandam Serenissimarum atque Illustrissimarum Imperii Domuum, in quibus primogenitura recepta est subjiciamus, præfati nos nemini id præjudicio cedere velle, si ex Archivis, quorum nulla nobis facta est copia, specialiora & certiora indagari queant. Exprimemus autem, pro virili, ea, quæ ex Historiarum, Documentorum & Autorum fide, colligere licuit, id quod ordine alphabetico, præcedentiarum aliasque difficultates evitaturi, expedire constituimus. Principes ANHALTINI & antiquitate Gentis, & dignitatis Principalis vetustate conspicui, (a) maximo rerum suarum dispendio primogenituram, atque inde dependentiam

(1) in Domo Anhaltina.

tia plerumque successionis linealis jura, diu non attenderunt, ex quo datam esse inter alia notabilibus decrementis occasionem liquet. Equidem LAUENBURGICOS, ex eadem cum Anhaltinis stirpe Ascania descendentes, primogenituræ jura agnovisse, testis est SPRENGERUS, (b) an vero simul Agnatis fuerit prospectum, haud satis apparet. At successu temporis splendori domus conservando intenti Joachimi Ernesti filii, Joan. Georgius, Christianus, Augustus, Rudolphus, & Ludovicus anno 1603. terras diviserunt, hac tamen lege, ut senior præcipua quædam retineret, ad tuendam dignitatem, & onera Imperii ferenda, indivisa vero essent archivum, jus homagii recipiendi, & quæ sunt reliqua, (c) atque Senioratus iste ita circumscriptus est, ut Senior reliquorum nomine omnia perageret, in ceteros tamen fratres nullum ipsi imperium competeret, quod per pacta expressa anno 1635. denuo firmatum. (d) Demortua postmodum linea Cothana antiqua Fridericus, Joannes, Lebrechtus, Joan. Georgius, Emanuel & Victor Amadæus pactum successorium inierunt, ut extincta in posterum linea, successio linealis locum haberet. (e) His raris permanentibus, primum Servesiani, Carolus Wilhelmus, Antonius Güntherus, Joannes Adolphus, & Joannes Ludovicus, ex voluntate Parentis Joannis, Jus primogenituræ, insigni illius utilitate moti, per transactionem hæreditariam an. 1676. introduxerunt, quod etiam ex eorundem literis investituræ ab Abbatisa Quedlinburgensi acceptis elucescit. (f) Idem in linea Cothana, Emanuel Lebrecht anno 1702, per testamentum instituit. (g) Ast in Bernburgensi, Victor Amadæus pacto familiæ jam anno 1677. illud introduxerat, reservata tamen sibi libertate, de Apanagio mi-

N orum

norum disponendi, quæ omnia anno 1708. nova constitutione renovavit, atque stabilivit, illaque universa Cæsaris autoritate fuere munita. (h) Haud prætereundum tamen, istam Anhaltinorum primogenituram, si eam cum aliis conferas, in quibusdam esse limitatam. (i)

(a) *vid.* BROTHUFF. *in Annal. Anhaltin. Libr. IV. c. I. L. VI. c. 1. add.* SAGITTAR. *Hisor. Princ. Anhaltin.*

(b) *in lucern. Imp. C. II. p. 208.*

(c) *conf.* JO. CHRIST. BECKMANN. *hist. Anhalt. P. III. L. I. c. 1. p. 80.*

(d) *vid.* LUNIG. *im Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. II. IVte Abth. 13. Abf. p. 230. 234.*

(e) *vid.* BECKMANN. *l. c. P. IV. C. 1. §. 3. p. 506.*

(f) *v.* LUNIG. *l. c. p. 260. 778.*

(g) *id.* *p. 290.*

(h) *vid.* BECKMANN. *l. c. p. 508.*

(i) *conf.* Perillustr. Dn. de ZECH. *im Europ. Herold T. I. p. 541.*

§. LIV.

(2) *Austriaca.*

Augustissima AUSTRIACORUM Domus natales primogenituræ debet privilegio Friderici I. Anno 1156. ad filias quoque extenso, & a Friderico II. Anno 1245. confirmato. (a) Licet enim Friderici II. Diploma dubium reddere quidam fuerint conati (b) illud tamen defendit LAMBECIUS. (c) Ista constitutione nifus Ottocarus, Rex Bohemiæ, Austriam jure uxoris Margarethæ, Friderici, ultimo defuncti, sororis sibi vindicavit, injuste exclusis Misnensibus, Alberto & Theodorico ex sorore natu majore Constantia natis. (d) Verum Ottocarus, Margaretha ista repudiata, Austria privatus est a Rudolpho Imperatore, qui eandem in filium Albertum ejusque conjugem, Elisabetham Tyrolensem, transtulit; (e) Seculo XV. motus, ob successionem exorti, Austriam contur-

conturbarunt. Defuncto namque Ladislao, Fridericus III. Imperator universam hæreditatem jure primogenituræ postulabat, fratre Alberto VI. in collateralium successione primigenio locum esse negante, & ad divisionem provocante, quæ tandem res interventu Ludovici Palatini & ordinum provincialium composita est, parte ditionum cuique attributa. Ad evitandas hæc lites, Fridericus III. Anno 1460. primogenituram denuo stabilivit (f) & Carolus V. Anno 1522. Wormatiæ corroboravit Diplomate, quod vid. ap. GOLDASTUM, (g) LIMNÆUM. (h) Novimus tamen aliquando recessum fuisse ab isto jure primogenituræ, communi placito intercedente, maxime in divisione Caroli V. & Ferdinandi I. fratrum, (i) qua Archi-Ducatus Austria, cum finitimis provinciis, in compensationem aliarum regionum Carolo ob majorem commoditatem, attributarum, Ferdinando cessit. (k) Inter Ferdinandi I. liberos quoque divisio quædam obtigit, (l) sed ita, ut si rem penitus intuearis, partes minoribus natu relictæ prope ad apanagiorum naturam accederent. Quanta emolumenta ex prudentissimo hoc instituto senserit Austriaca Domus, satis exprimi vix potest, cum Austriaci, amplitudine terrarum præstantes, Imperatoriam dignitatem, qua inter omnes Orbis Principes præfulgent, in familia sua per tot atates conservaverint, reddituum opulentiæ splendorem Majestatis suæ auxerint, belloque petiti hostes infensissimos atque barbaros immanes prostraverint. Sed pagellarum angustia prohibemur in laudes Domus Augustissimæ excurrere, cum imbecillitatis nostræ memores fateri cogamur, *Austriam omni laude esse superiorem.*

(a) ap. GOLDAST. *Const. Imp. Tom. I. p. 302.*

- (b) *vid.* PFANNER. *bist. Comit. a. 1653. L. VI. §. 14.*
 (c) *in bist. Sac. Itin. Cell. p. 184.*
 (d) *vid.* FABRITIUS *Orig. Sax. L. VI. p. 584.* ALBINUS *in der Meißnischen Chron. L. I. t. 15.*
 (e) *conf.* ELIAS REUSNERUS *Basilic. genealog. p. 203.*
 (f) *vid.* GERARD. de ROO *Annal. Austr. L. VI. p. 212. 219. 241.*
 (g) *Stat. & Rescr. Imp. p. 19.*
 (h) *Libr. V. Jur. publ. Cap. 2. n. 32.* verba Carolini diplomatis, quæ huc spectant, ita se habent: *Der altist unter den Hertzogen soll die Herrschafft des Landes haben, und nach ihm sein altister Sohnerblich, doch also, daß er von dem Stammen des Bluts nicht kem, und daß diß Hertzogthum nimmermehr getheilet werden soll: Wo aber bemeldte Fürsten unerbsam abgiengen, so soll das Hertzogthum und die Land an seine altiste verlassene Tochter fallen. j. ITTER. de Feud. Imp. C. XIV. §. 13. p. 723.*
 (i) *vid.* Diplom. in LUNIGS *Reichs-Archiv Part. Spec. Cont. I. IVte Abf. p. 176.*
 (k) *vid.* BETSIUS *de pact. fam. Illustr. C. X. §. 61.*
 (l) *vid.* BETULEIUS *im Oesterr. Lorberhayn p. 203.*

§. LV.

(3) Badensi.

Marchionatum BADENSEM divisionis esse expertem, Fac. Jur. Friburgensis testatur apud ZASIUM. (a) Sed si rerum gestarum memoriam sub examen vocemus, divisionem ejusdem anno 1533. in duas lineas factam eandemque an. 1627. denuo renovatam deprehendimus, quo sententiæ Cæsareæ satisfieret, (b) eamque ob causam primogenituræ introductionem in utraque linea potius pacto inter Ernestum Badeno-Durlacensem ejusque ex fratre Bernhardo Badeno-Badensi nepotes, adscribendam esse memorat Dn. LUDOLPHUS. (c)

- (a) *Vol. I. consil. 2. n. 7. & L. II. consil. 20.*
 (b) *vid.* LUNIG *Part. Spec. Cont. II. IVte Abth. IXte Abf. p. 952. add. Instr. Pac. O. & M. Art. IV. §. 26.*
 (c) *de introd. jur. primogen. Part. Gen. Aph. XIII. n. 13.*

§. LVI.

§. LVI.

In Ducatu BAVARICO jam ante acquiritam dignitatem Electoralem jura primogenii viguisse certum est, (a) conveniente tamen reliquis alimentacione relicta, atque hæc omnia per testamentum Alberti V. totius Bavariæ hæredis, fuisse anno 1573. definita, atque ab Imperatore confirmata, tradit KNIPSCHILD, (b) quod ex ipsis ultimæ voluntatis tabulis patet. (c) Quæ commoda inde senserint Bavari, insignis ipforum potentia ostendit, quæ eam quoque experta est felicitatem, ut Electores Colonienfès non pauci ex ista Gente eligerentur, Palatinus vero Electoratus Cæsaris beneficio, ob auxilia contra Bohemos præstita, ipsis acquireretur, & in Senatu Principum magna ordinis prærogativa gauderent.

- (a) *vid. COTHMANN. Vol. I. conf. I. n. 287. REINKINGK. de Reg. Sec. & Eccl. L. I. Cl. IV. c. 17. n. 26.*
- (b) *de fideicomm. fam. C. VI. n. 286.*
- (c) *vid. SPRINGSFELD de Apanag. C. III. n. 56. 57. conf. tamen ARNISEUS de Republ. L. II. c. 2. f. 7. n. 35. seq.*

§. LVII.

Domus BRANDENBURGICA, ex Zolleranis ortum trahens, quam primum Electoratum est adepta, eo semper intenta esse visa est, ut primogenito, præcipui quid præ aliis fratribus assignaretur, quod ex testamento Friederici I. de anno 1437. & dispositione Alberti Achillis de anno 1473. apparet. Hoc quoddammodo a Joachimo I. & II. immutatum, restituit Joachimus Fridericus Elector una cum Agnato Georgio Friderico, Margravio Brandenburgico, pactis Geraviensibus, per Confiliarios eam in rem delectos Anno 1598. confectis, atque Magdeburgi Anno 1599. d. XXIX. April. utriusque sub-

scriptione & sigillo munitis, quibus Christianus, & Joachimus Ernestus, Fratres Electoris, mortuo Georgio Friederico XI. Jun. 1603. Onolsbaci nomina sua adjecerunt. (a) Istitis pactis fuit sancitum, ut Elector in posterum omnes terras teneret, exceptis Franconicis, quibus duo Marggravii lineæ Franconicæ præssent, jure tamen primogenituræ ubivis observato, denique ut, Apanagii loco, postgenitis quotannis 6000. Joachimicorum solverentur, dote filiarum Electoralium 20000. Marggraviorum vero 12000. Vallengium statuta. Renovavit eadem Fridericus Wilhelmus Glor. Mem. testamento defuper anno 1664. conscripto, (b) Principatu Halberstadiensi tamen & Præfectura Egelau Friderico secundogenito hac sub lege tributis ut indivisa ad Primogenitum ejus transmissa hæc territoria nunquam inter plures scinderentur. Postea Carolo Æmilio, turbato mortalitatis ordine, ante parentem defuncto, Fridericus III. succedens liberaliorem se in fratres exhibuit, amplioribus apanagiis, pro temporis ratione, iisdem consulendo. BORUSSIA quoque Anno 1525. quo Alberto Brandenburgico sub titulo Ducatus concedebatur, cum jure primogenituræ data videtur; conf. litteras investituræ Sigismundi Augusti Poloniarum Regis anno 1563. & sequentes ap. LUNIGIUM. (c) Emolumenta exinde in Potentissimam hanc Domum redundantia multis referre supervacuum existimamus, quis enim nescit, terras Brandenburgicas ex isto tempore insigniter fuisse adaugtas, Dominium directum in Borussiam opportuna occasione acquisitum, ipsamque Regiam Majestatem in eandem illatam esse. Neque silentio prætereundi sunt Ser. Marggravii Baruthani & Onolsbacenses, præcipua in Circulo

900

culo Franconico autoritate gaudentes, e quibus plurimi extitere & bello & pace vere summi, quos inter Joachimum Ernestum, Fridericum, Jo. Fridericum, Christianum Ernestum, & Georgium Fridericum, ad maxima quævis natum, merito connumerabis, hisque WILHELMUM FRIEDERICUM, felicissime nunc Onolsbaci gubernacula tenentem, jure junges, cujus insignes virtutes pauca dicendo atterere, folique lucem fœnerari nolumus.

- (a) *vid. LUNIG im Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. II. IVte Abth. 3te Abs. p. 45.*
- (b) *vid. LUNIG. l. c. p. 132. SCHOPP. Theaur. feud. C. II. f. 5. obs. 7. p. 306.*
- (c) *im Reichs-Archiv. IVte Abth. 3ter Abs. p. 60. seq.*

§. LVIII.

In Ducatu BRUNSVICENSI prima primogenitura^{(6) Brunsvicensi.} initia in Magni Torquati liberis anno 1374. deprehenduntur, vi cujus omnes Provinciæ a fratribus minoribus Friderici, electi postea Imperatoris, regimini sunt permiffæ. (a) Hæc transactio consensu fratrum, Ordinis Equestris, & civitatum roborata non impediit, quo minus Friederico, haud sicca morte peremto, divisio terrarum inter mediam Luneburgensem & Brunsvicensem lineam institueretur. (b) Postea, ob divisiones frequentes, Henricus Junior cum fratre Wilhelmo anno 1535. pactis juratis, & ab Imperatoribus Carolo V. anno 1539. Toleti in Hispania, ut & Rudolpho II. anno 1582. in Comitibus Augustanis, confirmatis, Ordinumque consensu adhibito, quod ITTERUS (c) frustra negat, jus primogenituræ reduxit. (d) In nova quoque Linea Brunsvicensi primogenitum Ernesti, Franciscum Ottonem, fratribus haud

haud contradicentibus, solum regimini præfuisse refert WINCKELMANN, (e) quod expressa Ducis Augusti voluntate postea constitutum, secundum cujus tenorem primogenitus Rudolphus Augustus solus Imperium tenuit, fratrem vero Antonium Ulricum, deficiente demum prole mascula, & ætate ingravescente, in consortium admisit. (f) Cujus consilii rationem velut reddituri Serenissimi Fratres nummos cudi jusserunt, qui utriusque effigiem, & in averſa parte duas columnas, mitram ducalem, & reliqua Principatus insignia sustinentes referunt, addito lemmate: *duobus fulcris securius*. Ex Luneburgicis Georgius testamento paterno statuerat, ut terræ semper ad duos seniores ex filiis devolverentur. (g) Tandem vero Ernestus Augustus, consentiente Georgio Wilhelmo Cellensi, an. 1680. primogenituram in Domo Luneburgica, accedente solenni Ordinum Provincialium juramento, stabilivit. (h) Quibus subsidiis mire corroborata utriusque lineæ potentia. Earum nunc altera dignitate Electorali fulget, singularique cum felicitate Regium Magnæ Britanniæ solum conscendit, & in Orbis tranquillitatem imperat, altera, dum Brunsvicensis Civitatis imperium obtinuit, haud vulgariter locupletata est.

- (a) *conf. JO. JUST. WINCKELMANN. im Stamm- und Regenten-Baum der Hertzoge von Braunschweig p. iii. 113.*
 (b) *vid. LIMNÆUS J. P. L. IV. c. 8. n. 116. L. V. c. 6. n. 4.*
 (c) *de feud. Imp. C. XII. §. 12.*
 (d) *vid. tabb. hujus conventionis in SPRINGSFELD. de Apanag. C. III. §. 65. Abtheilung des andern Haupttheils des Fürstl. historischen Berichts von der Land- und Erb-Statt Braunschweig p. 1487. it. Hertzog Henrici Julii ausführlicher wahrhafter historischer Bericht, die Fürstliche Land- und Erb-Statt*

901

Statt Braunschweig betreffend P. I. C. I. n. 37. LUNIG im Reichs-Archiv Part. Spec. Sect. IV. n. 3435. Dn. LUDEWIG Germ. Princ. L. VI. p. 37.

- (e) l. c. p. 142.
- (f) vid. introd. PUFENDORF. P. III. C. X. §. 10.
- (g) conf. LUNIG im Reichs-Archiv Part. Spec. Part. IV. n. 51.
- (h) conf. Perill. Dn. de ZECH im Europ. Herold Tom. I. p. 323. ac Cel. Dn. RECHENBERG Diff. de Success. in Sereniss. Guel- fic. Domo usit. Cap. II. §. 35.

§. LIX.

Inter LandGravios HASSIÆ non ratione totius (7) Hassiaca, ditionis, sed in utraque linea, jus istud est receptum. (a) Namque in linea Darmstadiensi pacto anno 1606. inter Ludovicum V. Philippum, & Fridericum convento, primogenium est stabilitum, a Rudolpho II. Imperatore paulo post confirmatum, (b) quarta parte agnatis apanagiatibus relicta. (c) Cassellanis deinde eadem primogenitura receptio placuit anno 1628. Ferdinandi II. confirmatione Cæsarea corroborata, & fraterna conventionione de Apanagii quantitate denuo firmata, (d) quam anno 1654. Wilhelmus VI. & Ernestus renovarunt per *Recessum und Haupt-Vergleich*. (e) Præterea inter Cassellanam & Darmstadinam Domum ad componenda diffidia anno 1627. pactum initum, *der Hessische Haupt-Accord* vulgo vocatum, in cuius Artic. XXVIII. inprimis conventum, ut in Cassellana non minus atque Darmstadiensi linea unus saltem, [adeoque in toto LandGraviatu non nisi duo,] habenas regiminis moderaretur, quod uberius cognoscet ex LUNIGIO (f) verbis: *Dafs bey jeder Linie nur ein einziger Regent seyn solle, &c.* idemque anno 1638. in universa Domo fuit repetitum per *Samt Haupt-Vergleich derer Fürstl. Hessischen Hauser*. (g) Exinde in vim sanctionis

O Pra-

pragmatica in utraque linea jus Primogenii valere iustum in Instr. Pac. Osnabr. Art. XV. §. fin. Verum cum, brevi post conclusam pacem, variis contentionibus, editisque scriptis in familia Darmstadiua jus illud impugnaretur, ac pene everteretur, (h) tandem sublatis diffensionibus primogenitura Hassiaca per novissimum Imp. Recept. de anno 1654. §. 188. in vim legis publica confirmata est. Quæ autem a Rhenofelsensi linea nostris temporibus lites fuere motæ nos minime morantur, ab Augusta Majestate plenariam definitionem expectantes.

(a) *vid. REINKINGK. de Reg. Sacul. & Eccles. L. I. ch. 4. c. 17. n. 26.*

(b) *v. ap. SPRENGER. Lucern. Imp. in adject. p. 569. seqq. EJUSD. Ellych. p. 271. LUNIG Part. Spec. Cont. II. IVte Abth. ster. Abs. p. 812.*

(c) *vid. Dn. LUDOLPHUS de introd. Jur. primog. Part. Spec. Aph. XII. n. 15. SPRENGER. Lucern. Imp. C. II. p. 191.*

(d) *vid. LUNIG l. c. p. 846. 848.*

(e) *vid. l. d. l. c. p. 919.*

(f) *im Reichs-Archiv. l. c. p. 827.*

(g) *apud EUND. l. c. p. 867.*

(h) *prodiit scriptum an. 1649. editum sub titulo: Kurtzer Begriff, wie es um die Zusprüch bewandt, die Herr Landgraff Johanns zu Hessen Fürstl. Gnaden, wegen Abtheilung der Fürstl. Hessen Darmstättischen im 1626. Jahr aufgestamten Fürstl. väterlichen Verlassenschaft zu thun befugt seyn. Ubi autor variis rationibus primogeniturae jus in familia Darmstadiua non esse receptum contendit.*

§. LX.

de Hennebergica tractat.

De HENNEBERGICO Comitatu Bertholdum Comitum Principali dignitate decoratum anno 1310. d. XV. Julii constituisse, ut Primogenitus in posterum Principatum solus sibi vindicaret, ex consilio quodam MSC. narrat

narrat LEISERUS, (a) & KNICHEN. (b) Ast extinctis nunc Hennebergicis & ditionibus eorum ad Saxones devolutis, istud jus Primogenituræ illis in terris exolevisse videtur.

(a) in *Diff. de Apanag. lib. 27.*

(b) *de Sax. non provoc. jure verb. DUCUM Cap. III. n. 54. p. m. 195.*

§. LXI.

De Ducatu HOLSATO-SLESVICENSI, cujus (8) in Holfato Slesvicensi mentio nunc facienda, primo quidem loco certissimum videtur, in Slesvicensi Ducatu divisionem diu jam fuisse rejectam, uti KRANZIUS (a) meminit, qui de Margaretha, Regnorum Septentrionalium Regina, Gerardum Ducem investiente, ita loquitur: *Aderat inter alios Gerbardus, Dux Slesvici &c. ibi renovata est ratio feudi, quod Ducatus Slesvicensis perpetuo jure ad seniores ex Holfatorum hujus lineæ Comitibus pertineat, ita tamen ut feudum a Corona recognoscat, & inde præstet obsequia; quod SPANGENBERG in Chron. Schaumburgic. (b) adhuc clarius de primogenito ejusque descendentibus explicat. Sed de Slesvicensibus terris ut multi simus, non opus erit, cum Slesvicum Imperii Germanici Majestatem non agnoscat. (c) De Holfatia potius disquirendum, quam primogenitura diu fuisse usam, ex CYR. SPANGENBERG (d) patet, verbis: *Was die Grafschafften Holfstein und Stormarn betreffen thut, die seynd, nach Art der Erb-Mann Stamm-Güter, auf Graf Otten von Schauenburg, als nächstten Agnaten, in Krafft der hochbetheuertten Erbvertrage, so ihre Vorfahren anno 1390. zum Kyle unter sich aufgerichtet, einzig und allein devolviret, verstatmet und vererbet worden &c.* Illa vero cum sensim sensimque fuisset neglecta,*

Joannes Adolphus, Dux Holsatō-Gottorpiensis, an. 1608. jus primogenituræ reduxit, a Rudolpho II. Imperatore confirmatum, (e) quod Joannes postgenitus an. 1624. datis reverfalibus agnovit, (f) idque a Gottorpiensibus iterum, virtute pacti Roschildiensis, an. 1688. initi, esse roboratum, refert Dn. LUDOLPHUS. (g) Novum quoque robor accessit huic juri per conventionem Alt-Ranstadiensem inter Imperatorem Josephum & Regem Sueciæ Carolum XII. an. 1707. in tam Art. II. verbis: *Es seynd auch Ibro Kayserl. Majest. geneigt, das von weyland Hertzog Iohann Adolph den 9. Januarii an. 1608. eingeführte jus primogenituræ, in so weit es von denen folgenden Kaysern confirmiret worden, zu continuiren; also, das sie nicht allein obgedachtes Lübeckische pactum und dieses jus primogenituræ auf die in dem Kayserl. Hof gebræuchliche Art und Weise confirmiren, sondern auch das dadurch erlangte Recht des Hollstein Gottorpiſchen Hauses kræfftigst conserviren, und nicht zulassen wollen, das jemahlen etwas darwider gehandelt werde.* (h) Holsatō Sunderburgici vero hodienuum divisionem retinuerunt. (i) Interea utilitatem haud vulgarem ex introductione hujus juris perceperunt Gottorpienses, dum viribus præpollentes, jura terrasque, occasione oblata, auxerunt, atque maximis sæpe totius Europæ negotiis pondus haud leve addiderunt, si fata adversa excipias, quæ Serenissima hæc Domus nostris temporibus experta est.

(a) *Libr. VII. c. 41.*

(b) *L. IV. c. 1.*

(c) *vid. SCHWEDER. introd. in J. P. Part. gen. C. IV. §. 26.*

(d) *in Chron. Schaumburg. L. II. c. 20. L. IV. c. 13.*

(e) *vid. LUNIG im Reichs-Archiv Part. Spec. Cont. II. IVte Abth. Xter Abf. p. 56. seq.*

(f) *ID.*

- (f) ID. p. 67. l. c.
 (g) de introduet. fur. Primog. Part. Gen. apb. XIII. n. u.
 (h) vid. Kayser JOSEPHS Leben und Thaten Tom. II. p. 250.
 (i) conf. Dn. GEORG. MELCH. LUDOLPHUS de introd. jur. primog. Part. Gen. Aph. XIII. n. u.

§. LXII.

In Ducatu JULIACENSI atque CLIVENSI etiam primogenituram fuisse stabilitam, sunt qui velint. Postquam enim anno 1496. occasione nuptiarum Mariæ Juliacenſis & Joannis Clivenſis, utrorumque dominia, ex pacto cum ſubditis, uniri cœperunt, Primogenii quoque ac indiviſibilitatis jus ſimul iis eſſe illarum contenditur, id quod etiam filius ejuſdem Wilhelmus in pactis matrimonialibus agnoverit, & ab Imperatoribus Ferdinando I. & Maximiliano II. anno 1559. & 1566. deinde confirmatum ſit. (a) Aſt Autor *diſcuſſus de Succesſ. Juliacenſis*, (b) paciſcentibus de unione nunquam in mentem veniſſe dicit, terras ſimpliciter unire & indiviſibiles reddere, ſed ſœdus deſcendentes efficaciffime obſtringens in ſuam ſubditorumque utilitatem inire, vel potius, jam dudum a Majoribus inſtitutum, ſemperque inviolabiliter cuſtoditum, renovare. Sed nos iſtam controverſiam, quæ limites Academicæ deciſionis tranſcendit, aliorum judicio lubentes relinquimus.

De Juliaceni
& Clivenſi
agit.

- (a) vid. LUNIG. *im Reichs- Archiv. Part. Spec. Cont. II. IVte Abth. XVte Abſ. p. 4u.* BESOLDUS *de Succesſ. L. I. Diff. VI. n. 10.*
 (b) p. 18.

§. LXIII.

In LOTHARINGÆ Ducatu primogenitura inſtituta eſt teſtamento Renati II. anno 1306. cui ſtatuum (g) Lotharingica.
 O 3 Provin-

Provincialium consensus accessit; istaque denuo repetita in Francisci cessione Ducatus, filio primogenito Carolo anno 1625. facta. (a)

- (a) *vid.* LUNIG *Part. Spec. Cont. II. IVte Abtb. XIVte Abf. p. 31.*
Add. ARNISÆUS *de Republ. Libr. II. c. 2. f. 7. n. 35.* AN-
 TON. COLER. *de jure Imp. Germ. Sect. 61.*

§. LXIV.

Burggravia-
tum Magde-
burgicum
considerat.

Burggraviatum MAGDEBURGICUM etiam primogenituræ subjectum, atque indivisum esse, non dubitamus, (a) cum Burggraviatus iste per investituras Cæs. (b) & transactionem inter Augustum Electorem Saxonix, & Joann. Friedericum Postulatum Administratorem Archi-Episcop. Magdeburg. anno 1579. confectam, Sereniss. Domui Electorali Saxonica perpetuo sit annexus. (c)

- (a) SPRINGSFELD. *de Apanag. C. III. n. 131.*
- (b) *vid. Lehn-Brieffe Königs Sigismundi, worin er Churfürst Friedrichen, den Streitbahren, mit der Chur-Sachsen, und was dem mehr anhangig belichen. An 1425. Burggraffschafft und Grafen-Geding zu Magdeburg und Halle, apud LUNIG Part. Spec. II. Theilf. 7. j. ANON. ad Capit. Caroli VI. art. I. p. 17. seq. STRAUCH. Exerc. Exot. XI. §. 7 seq. SEB. BESSELMEIER in Obsid. Magdeb. p. 538. apud SCHARD. in S. R. Germ.*
- (c) *vid.* HORTLEDER *de C. B. G. Tom. I. L. V. p. 1221. Elect. 7. P. Tom. IV. p. 147. j. Tom. I. p. 534. seqq.*

§. LXV.

(10) Megapo-
litana.

Inter Duces MEGAPOLITANOS Güstrovienfes atque Suerinenfes primogenituram dudum fuisse usitam, asserit REINKINGK, (a) eosdem vero divisionem recepisse, fide MSCti ex Archivo Megapolensi depromti, docet SPRINGSFELD. (b) Quicquid tamen illius sit,

ex

ex Diplomatis certi reddimur, Jo. Albertum I. anno 1573. testamento confecto, & per Maximilianum II. confirmato, jus primigenii introduxisse, (c) quod a Carolo agnato mox immutatum, uti ex Adolphi Friderici & Joannis Alberti pactis divisoriis patet, (d) donec illud per testamentum Adolphi Friderici, Ducis Suerinensis, anno 1654. renovaretur. (e) Verum defuncto anno 1695. Gustavo Adolpho, Duce Gustavoviensi, superstites Fridericus Wilhelmus Graboviensis, & Adolphus Fridericus Strelitzenfis de hereditate certabant; Isto ad jus primogenituræ, & lineæ proximitatem provocante; Hoc receptam consuetudinem, qua duo semper regimina in Ducatu Megapolitano fuere constituta, & gradus prerogativam, allegante; Scripta quæ tunc prodire, ab utraque parte, citata v. in Cel. Dn. STRUVII, *Syntagm. Hist. Germ.* (f) Gravissimi inde motus metuebantur, maxime ob Cæsareum legatum, possessione apprehensa cedere coactum, (g) usque dum, mediante Rege Dania, Episcopo Lubecensi, & Duce Guelferbytano, per tractatus Hamburgenses VIII. Martii 1701. omnis controversia amice componeretur, quibus, ne reliquis huc non pertinentibus distineamur, jus primogenii, una cum successione lineali, in familia Megapolitana est corroboratum. (h)

(a) *de Reg. Sec. & Eccl. L. I. Cl. IV. c. 17. n. 34.*

(b) *de Apanag. C. III. n. 91.*

(c) *vid. LUNIG im Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. II. IVte Abth. VIIte Abs p. 502. 1036.*

(d) *ID. l. c. p. 1038. 1045.*

(e) *vid. ear in LUNIG l. c. p. 548.*

(f) *Dissert. XXXVII. §. 92. p. 1818.*

(g) *vid. RINCK. im Leben LEOPOLDI des Grossen p. 128.*

(h) *conf.*

(h) *conf.* ANTON. FABRI *Staats-Cantzley Tom. X. p. 244.*
 CASSAND. THUCELII *Aff. publ. Sec. XVIII. Tom. II. c. 6.*
 Dn. LUDOLPHUS *de introd. Jur. Primog. in App. p. 145.*

§. LXVI.

(11) Nassovica.

Licebit hic loci incidenter commemorare, quod Principes NASSOVII in Hadamar, Siegen, & Dillenburg, Sec. XVII. præcipui quid, ad similitudinem primogenituræ, introduxerint. (a) Ex Nassoviensium gente quæ orti sunt Principes ARAUSIONENSES, inter quos Renatus anno 1544. testamento primigenium in linea masculina, & in subsidium in linea foemina, instituit. (b) Sed ab isto recefferunt Philippus Wilhelmus, Mauritius & Fridericus Henricus Fratres, facta 1609. hæreditatis divisione, (c) post aliquod tamen tempus per ultimæ voluntatis tabulas a Mauritio primum anno 1625. & dein a Friderico Henrico anno 1644. jus primogenituræ est renovatum. (d)

(a) *vid.* SPRENGER. *Lucern. Imp. C. II. p. 208. & p. 601.*

(b) *vid.* LUNIG *Part. Spec. Cont. II. Witte Abth. XXIte Abf. p. 464.*

(c) *ID. l. c. p. 468.*

(d) *ID. l. c. p. 471.*

§. LXVII.

(12) Palatina.

Antiquis jam temporibus Domum PALATINAM utilitatem primogenituræ serio perpendisse haud ambigendum, uti ex Ruperti II. Electoris Palatini, constitutione de primogenitura & Apanagiis an. 1395. clarissime elucescit, (a) eamque ob causam Rupertus, Comes Palatinus, pacto cum fratre Friderico I. Electore inito anno 1456. de apanagio sibi prospexit. (b) Nihilominus paulo post inter Ruperti Imperatoris filios anno 1470. divisio paternarum ditionum placuit, (c) quod & deinde sæpius

saepius in gente Palatina, non sine istius detrimento, contigit. In linea Bipontina antiqua primogenium testamento Alexandri Claudi anno 1514. est receptum, unde cum fratre, Ludovico primogenito, Georgius & Ruperus minores nati, anno 1520. de Apanagio sunt pacti, (d) idemque ultimis tabulis Wolfgangi, a Maximiliano II. confirmatis, est reiteratum, atque ista pro lege fundamentali hodie ab omnibus Comitibus Palatinis, a Wolfgango quippe descendentibus, teste IMHOFFIO, (e) custodiuntur.

- (a) *conf. CAR. LUD. TOLNER. Cod. Pal. Historia Pal. Subnex. p. 134.*
- (b) *vid. LUNIG. Part. Spec. Cont. II. Sect. I. p. 617.*
- (c) *vid. TOLNER. l. c. p. 152.*
- (d) *vid. LUNIG. l. c. p. 643.*
- (e) *in notit. Proc. Imp. L. IV. c. 1. §. 6.*

§. LXVIII.

Inter POMERANIAE Duces terras dividi esse solitas, ex MSCto a SPRINGSFELDIO (a) allegato, & exemplis ibi adductis, patescit; Sed primogenium, existente adhuc eorum familia, fuisse observatum refert REINKINGK, (b) quam in rem testimonium GOLDASTI (c) male a quibusdam producit; deficiente demum ipsorum gente, terras Pace Westphalica Suecos inter atque Brandenburgicos distributas fuisse constat. (d)

- (a) *de Apanag. C. III. n. 91.*
- (b) *de Reg. Sec. & Eccl. L. I. Cl. IV. c. 17. n. 34.*
- (c) *de Major. L. I. c. 22. n. 15.*
- (d) *a. J. P. O. & M. Art. X. & XI.*

§. LXIX.

In Ducatu SABAUDIAE atque terris PEDEMONTII ⁽¹³⁾ Sabaudica. divisionem penitus ignorari, memorant RUBEUS, (a) ^{ca.}

P

PUR-

-bi (a)

PURPURATUS, (b) LIMNÆUS, (c) cum primogenitura testamento Amadæi VIII. anno 1430. jam constituta fuerit, (d) eademque suprema Caroli III. voluntate anno 1540. sit iterata. (e) Notissimum quidem est, fatis functo Victore Amadæo I. anno 1637. ob tutelam filii, Caroli Emanuelis II. inter Patruos, Mauritium Cardinalem, & Franciscum Thomam, Principem, atque Viduam Ducis acerrimum conflatum esse bellum, per annos quosdam tractum, donec tandem pax exoptatissima coiret, cujus vigore Patruis hisce quadam ditiones fuerunt assignatæ. (f) Sed hanc assignationem, si Tractatus ipsos inspicias, (g) primogenituræ non obsuisse apparet, cum potius patruum eandem agnoverint, polliciti se terras nomine Ducis minoris, usque ad ejus legitimam ætatem, administraturos, ut adeo hanc divisionem apanagium sapere recte judicet MYLERUS ab EHRENBACH. (h)

(a) *Consil. 153. n. 10.*
 (b) *Consil. 317. n. 4.*
 (c) *Jur. Publ. L. V. C. XIV. n. u.*
 (d) *vid. LUNIG im Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. II. 17te Abtheil. XIIter Abf. p. 39.*
 (e) *vid. ID. l. c. p. 70.*
 (f) *vid. NANI hist. Ven. l. XII. p. 575.*
 (g) *ap. LUNIG l. c. p. 117.*
 (h) *ad RUMELIN. P. III. Diss. V. th. 5.*

§. LXX.

(14) Saxonica.

Ad Serenissimos SAXONIÆ Duces ordo nos deducit, de quibus non pro dignitate, imbecillitatis nostræ probe conscius, sed pro instituti ratione, paucis verba faciemus. Olim apud Saxones moris fuit, ut in Ducatu in specie sic dicto succederet primogenitus, reliquis Dominatus dignitate contentis, uti supra commemoravimus, (a) id-

900

(a) idque, Electorali dignitate cum ista ditione conjuncta, publica A. B. sanctione stabilitum. (b) Reliquas vero terras Saxonicas, Thuringiam nempe, Misniam, Coburgum, Vogtlandiamque esse dividuas, ex frequentibus partitionibus inter Albertum degenerem & Theodoricum Sapientem, (c) Friedericum Strenuum, Balthasarem & Wilhelmum Coclitem, (a) Friedericum Placidum & Wilhelmum III. (e) Ernestum & Albertum, (f) Joannem Ernestum & Joannem Casimirum, & pluribus recentioribus, elucescere (g) cum aliis vult ERNEST. COTHMANNUS. (h) Sed, quantum divisiones istæ bono publico nocuerint, nostrum hic non est disquirere; acrisale eas perstrinxit BARCLAIUS. (i) Interim haud prætereundum, Albertum Animosum, virtute bellica immortale nomen meritum, ultimæ voluntatis tabulis jam anno 1499, ditiones suas Misnicas atque Thuringicas individuas esse voluisse, easque Georgio primogenito reliquisse, paucis quibusdam Henrico Pio minori natu relictis. (k) Postea, cum Joannes Georgius I. Elector anno 1652. inter quatuor filios testamento condito divisionem, salva tamen Electoratu, præter Primogenituram, sua sublimitate & prærogativa, certa ratione faceret, (l) eodem simul ulteriorem divisionem vetuit, adeoque in tribus etiam ramis Ducum postgenitorum Lineæ Albertinæ, jus Primogenituræ constituit, a Fratribus anno 1657. (m) & Agnatis Serenissimis anno 1682. (n) communi consensu firmatum, atque suprema voluntate Christiani Senioris Martisburgici, (o) & Mauricii Numburgensis Administratoris anno 1681. repetitum. (p) Ex illo tempore primogeniti natu minoribus de congruo Apanagio summa cum cura prospexerunt. In linea Ernestina quidem

Joannes Wilhelmus, Dux Saxo-Vinariensis, supremis tabulis anno 1573. conscriptis, jure Primogenituræ, tanquam æquitati adverso, suos prohibuerat. (q) Sed terris deinde nimum distractis, Joannes Georgius Isenacensis anno 1685. testamento confecto, & a Casare confirmato, primogenituram introduxit, simulque de certis redditibus Apanagiatis prospexit. (r) Idem fecit Fridericus I. Dux Saxo-Gothanus tabulis supremis anno 1683. conditis, & Casarea autoritate munitis, quæ licet ab initio liti aniam dare viderentur, ob testamentum avitum, (s) postea tamen sunt observata. In Domo quoque Hildburghusana, lineæ Gothana, primogenituræ jus nunc vigere nobis quoque constat. Breve, quod fatemur, tempus est, ex quo utilissimum hoc jus in terras Saxonicas postliminio quasi reductum, verum ipso hoc momento fere summum inde emolumentum enatum perspicimus, concordiam nimirum, quæ hinc inde vacillare videbatur, felici fidere restitutam, qua ut in posterum quoque Serenissima hæc Domus fruatur, toto pectore precamur.

(a) *vid.* ALBIN. *Meissn. Chronick. Libr. I. t. 16.*

(b) *conf.* KNICHEN. *de Sax. non prov. jur. verb. DUCUM c. III. n. 128.*

(c) *conf.* Dn. LUDEWIG. *Germ. Princ. L. VI. p. 131.*

(d) *vid.* *Sachs. Helden Saal p. 325.*

(e) *vid.* FABRITIUS *Orig. Sax. L. V. p. 720.*

(f) *vid.* FABRIT. *l. c. L. VII. p. 808.* ARNOLD. *de Vit. Maurit.*

(g) *vid.* Perill. Dn. de ZECH. *im Europ. Herold Tom. I. p. 425. seqq.*

(h) *Vol. V. conf. I. n. 143.*

(i) *in Leone anim. C. V. p. m. 367. seqq.*

(k) *vid.* LUNIG *im Reichs-Archiv Part. Spec. part. II. p. 24.*

(l) *vid.* LUNIG *l. c. p. 169.*

(m) *vid.*

- (m) *vid. der Freund-Brüderliche Haupt-Vergleich ap. LUNIG Part. Spec. Cont. II. IVte Abth. 2te Abf. p. 489.*
- (n) *vid. der Freund-Vetterl. Recess. ap. eund. l. c. p. 500.*
- (o) *vid. ID. Part. Spec. part. II. p. 228.*
- (p) *vid. ID. Part. Spec. Cont. II. IVte Abth. 2te Abf. p. 631.*
- (q) *vid. SPRINGSFELD de Apanag. c. III. n. 79. LUNIG Part. Spec. part. II. p. 93.*
- (r) *vid. ID. l. c. §. 6. p. 21. seq.*
- (s) *vid. Programma in HORNII Jur. Pr. Feud. App. I. n. u.*

§. LXXI.

Domus WURTENBERGICA Comitum adhuc dignitate contenta, pactis antiquis Vraci anno 1473. & Mynsingæ anno 1480. initis, primogenituram instituit. (a) A pactis Uracensibus quidem paulo post videtur fuisse recessum, inter Eberhardi Junioris filios, Ludovicum Seniore & Ulricum, quos inter terra divisa, & binæ lineæ, Auracensis & Sturgardensis, constituta. Mynsingensia vero majori cum cura servata esse patet ex conventionione fraterna inter Eberhardum Juniorem & Henricum, Comites Würtenbergicos, anno 1482. conclusa, qua Henricus apanagio 5000. floren. rhen. annuorum contentus esse jubebatur; (b) Circa idem tempus per pacta Eberhardi I. & Eberhardi II. anno 1482. Primogenitura perpetua lege est sancita, (c) Friderico III. Imperatore anno 1484. assentiente, idque ulterius firmatum, per pactum Eslingæ anno 1492. inter eosdem, mediante Berchtholdo, Archi-Episcopo Moguntino & Friederico Marggravo Brandenburgico, contractum, (d) atque autoritate Cæsarea per sententiam Maximiliani I. anno 1489. qua lites inter Eberhardum Seniore & Juniorem sunt sopita, stabilitum; (e) Postea, cum Maximilianus I. anno 1495. Eberhardum I. Seniore Ducali dignitate ornaret, illud

(15) Wurtenbergica.

primogenituræ jus simul indulsit, referente JOAN. FES-
 LERO Cancellario Württembergico, (f) & inter alia re-
 petiit in literis investituræ Eberhardi Junioris anno 1496.
 (g) idemque reiteratum in resignatione Eberhardi Junio-
 ris anno 1498 a Maximiliano I. corroborata. (h) An-
 no 1617. Joannes Fridericus, Ludovicus Fridericus, Ju-
 lius Fridericus, Fridericus Achilles, & Magnus, Fra-
 tres, conventionem inierunt, qua primogenituram ra-
 tam esse voluerunt, ultragenitis certis juribus apāna-
 giisque reservatis, (i) quod in conventionē inter Eber-
 hardum & Fridericum anno 1649. repetitum. (k) Vi ju-
 ris istius Primogenituræ Ulricus olim, cum Ducatu Würt-
 tembergico, Mompelgardensem Comitatum sibi retinuit,
 (l) tributa fratri Georgio, Richenwillerana ditione. Illo
 vero mortuo, filius Ulrici, Christophorus, Patruo eun-
 dem liberalissime concessit. (m) Ne tamen per jus pri-
 mogenituræ filiabus nubendi conditio, pro dignitate
 ipsarum, deesset, oriundis a primogenito 32000. aureo-
 rum Rhenanorum, a postgenitis autem 20000. aureo-
 rum dos fuit constituta. (n) Quanta ex hoc jure intro-
 ducto emolumenta senserint Württembergici, vix satis
 dici potest, quod vel exinde elucescit, si consideres, am-
 plissimum huncce Ducatum, per lata terrarum spatia dif-
 fusum, integrum semper fuisse servatum, unde fluxit
 haud exiguum auctoritatis & potentix in Imperio in-
 crementum.

(a) *vid.* PLEBST. *de jure locali Wurtemberg. Disp. III. th. 33.*
 GOLDAST. *de Major. L. II. c. 18. n. 2.* LIMNÆUS *J. P.*
L. V. c. 6. n. 2.

(b) *vid.* LUNIG *im Reichs - Archiv Part. Spec. Cont. II. Abth.*
IV. Abf. 7. p. 700.

(c) *vid.* ID. *l. c. p. 702.*

(d) *vid.*

- (d) *vid. ID. l. c. p. 706.*
- (e) *vid. ID. l. c. p. 1057.*
- (f) *in warhafter Beschreibung, wie das Land zu Würtemberg, durch Kayser Maximilian zu einem Hertzogthum sey erhebet worden, samt den löblichen Thaten der Fürsten, Grafen, Herren und Adels zu Würtemberg, ap. FRIDER. HORTLEDER. de Causis Bell. Germ. Tom. I. Libr. III. c. 1. Add. Diplom. in LUNIG l. c. p. 710.*
- (g) *vid. LUNIG l. c. p. 718.*
- (h) *vid. ID. l. c. p. 719.*
- (i) *vid. ID. l. c. p. 745.*
- (k) *vid. ID. l. c. p. 757.*
- (l) *vid. BESOLD. Polit. L. I. c. 6. n. 26.*
- (m) *vid. SPRINGSFELD. de Apanag. C. III. n. 60.*
- (n) *vid. MYLER. in addit. ad RUMELIN. in Comment. ad A. B. P. III. Diff. V. th. XIV. p. 779.*

§. LXXII.

Diu satis Primogenituræ Principum nostrorum immorati sumus, sed haud diutius, quam materia dignitas postulavit, ad Comites etiam atque Barones Imperii, jus voti & sessionis in Comitibus habentes, convertendi sunt oculi. Horum quidem, ex tanto ipsorum numero, fuisse perpauca, qui Primogenituræ jura in familias suas introduxerint, unde plurimos hodie Comites frequenti terrarum divisione debilitatos esse cernimus, istos tamen quibus Primogenii jura placuerunt, ordine in superioribus usitato, paucis perlustrabimus. Comitatum DIEZ esse individuum ex sententia CLAUDII CANTIUNCULÆ affirmat SPRINGSFELD. (a) In Familia Comitum FRISIÆ ORIENTALIS, quæ Sec. XVII. Principali dignitate ornata, Primogenitura testamento Edzardi I. anno 1512. est instituta, (b) qui, Ulrico primogenito terris re-

nec non inter quosdam Comites Imperii,

ut

in Comit. Dietz,

Frief. Orientalis,

nun-

nunciante, cum eodem jure Ennonem secundogenitum substituit. (c) Hoc primogenium a Rudolpho II. Cæsare est roboratum, decreto anno 1589. inter Edzardum & Joannem fratres interposito, quo Apanagii loco terræ quædam Joanni fuerunt relicta. (d) Idem Imperator primogenituræ jus Edzardo II. anno 1595. diplomate publico confirmavit, (e) quod in transactione inter Georgium Christianum, & Edzardum Ferdinandum anno 1661. repetitum. (f) Equidem Edzardus Ferdinandus suprema voluntate anno 1667. declarata divisionem certa ratione fecit in terris ipsi assignatis, (g) ne tamen illa primogenituræ in universo Comitatu introducta noceret, expresse cavuit. Ulricum HANOVIÆ adhuc Dynastam anno 1375. jus primogenituræ genti suæ intulisse, Cæsarea autoritate Rudolphi II. anno 1607. & Ferdinandi II. anno 1620. munitum, apparet ex LUNIGIO. (h) *Diario Europ.* (i) & *Vindiciis pro Jure Primogenituræ Hannovicæ.* (k) Quo facto contigit ut Comes Hanoviæ hodieque potentia atque reddituum copia in primis sit conspicuus. Comites HÖHENLOICI haud ita pridem utilissimum hoc primogenituræ jus stabiliverunt, autoritate Cæsarea firmatum, cujus documenta brevi in spicilegio seculari Archiv. Imp. prelo submissum iri, spem nobis fecit Clariss. Dn. LUNIGIUS. Comites LIPPÆ Westphalicis adscripti jura primogenii anno 1368. receperunt. (l) Testamento Comitis Simonis anno 1597. & Philippi anno 1668. renovata, (m) ut et in pacto inter Simonem, Ottonem, Hermannum & Philippum, Comites Lippienses, anno 1616. & transactione fraterna Simonis & Ottonis anno 1621. repetita, (n) ac consensu Imperatorum Rudolphi II. anno 1593.

Hanoviz,

Hohenloic.

Lippiz,

1593. Ferdinandi II. anno 1626. Ferdinandi III. anno 1653.
Leopoldi anno 1673. Josephi anno 1706. corroborata.

(o) In familia Comitum de MONTFORT in Suevia jus ^{Montfort.} primogenituræ vigere testatur HAGEMEIER. (p) In duobus ramis Comitum OETTINGENSIIUM, quorum ^{Oettingenf.} alter Principali titulo nunc gaudet, certis legibus fuisse statutum primogenium, refert SPRENGERUS, (q) & MULTZIUS. (r) Comites WALDECCIANOS prudentia ^{Waldecc.} Christiani Ludovici, sub finem seculi elapsi Statutum Primogenituræ in utilitatem Gentis suæ condidisse, idque postgenitis incassum adversantibus, ab Augustissimo Leopoldo esse confirmatum, accepimus a Cel. Viro, cujus dexteritati negotium istud in Aula Cæsarea fuerat commissum.

(a) *de Apanag. Cap. III. n. 138.*

(b) *vid. MYLERUS de Princ. & Stat. Imp. Part. I. c. 21. §. 4.*
LUNIG im Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. II. IVte Abth.
24te Abf. p. 499.

(c) *vid. LUNIG l. c. p. 500.*

(d) *vid. ID. l. c. p. 502.*

(e) *vid. ID. l. c. p. 523.*

(f) *vid. ID. l. c. p. 591.*

(g) *vid. ID. l. c. p. 596.*

(h) *vid. ID. l. c. p. 531.*

(i) *P. XX. in Append. p. 15.*

(k) *que Autore GOTTHARD. NUNNROOD. prodierit.*

(l) *conf. HAGEMEIER Jur. Publ. Eur. Ep. IV. §. 35. LUNIG*
l. c. Vte Abth. 10ter Abf. p. 91.

(m) *vid. LUNIG l. c. p. 97. & 564.*

(n) *vid. ID. l. c. p. 102. & 557.*

(o) *vid. ID. l. c. p. 94. 555. 104. 568.*

(p) *de Jur. Publ. Eur. Ep. IV. §. 35.*

Q

(q) *l. 1st.*

(q) *Inst. J. P. L. III. c. 29. p. 476.*

(r) *Repräsent. Maj. Imp. Part. II. C. XIV. §. 4. p. m. 491.*

§. LXXIII.

Barones jus
Voti & Sessio-
nis in Comi-
tiis habentes,

De Baronibus voto in Comitibus gaudentibus, quorum nunc, ordine dignitatis nos monente, memores sumus, non præsumendum putant SPRINGSFELD (a) & STRYCKIUS (b) illos jure Primogenituræ frui, quod Baronum RUTHENORUM, atque SCHOENBURGICORUM, inter Comites nunc relatorum, exemplo, ditiores divisas possidentium, illustrant, nisi ubi illud introductum doceri possit, quo casu id servandum existimant, ultragenitis Apanagio contentis, Baronum tamen titulo & honoribus usuris. Quod tanto indubitatus est, cum Barones, de quibus loquimur, illustri quoque & regali dignitate sint præditi, ac proinde jus primogenituræ, sicuti in Comitibus, (c) apud ipsos obtinere queat.

(a) *de Apanag. C. III. n. 144.*

(b) *de jure Baron. C. V. n. 25. seq.*

(c) *vid. ITTERUS de feud. Imp. C. III. §. 15. & C. XIII. §. II. add. Dn. LUDOLPH. de Introd. Jur. Primog. Part. Spec. Apb. IV. n. 2.*

§. LXXIV.

Nobilesque
immediatos.

Nobiles Primogenii jura usurpare non posse sibi persuasit SPRINGSFELD, (a) eadem vero inter eosdem valida pronunciant DID. COVARRUV. (b) BESOLDUS, (c) KNIPSCHILD, (d) Dn. LYNCKER. (e) Sane NOBILES IMPERII LIBERI AC IMMEDIATI, qui paribus fere cum reliquis Statibus libertate & juribus gaudent, (f) adeoque quatenus justo majorum generosorum numero decorati, *in so fern sie zu Schild und Helm Ritter und Stiffismässig geborne Reichs-Freye von Adel sind*, referente SPREN-

SPRENGERO, (g) RHETIO, (h) ITTERO, (i) BUR-
 GOLDENSI, (k) juxta antiquam observantiam, imo ipsas
 Capitulationes Imp. (l) Comitibus & Baronibus, qui Sta-
 tus Imperii non sunt, exæquantur; (m) potestate fruun-
 tur, jura Primogenituræ introducendi. (n) *j. Cap. Caroli*
VI. art. I. Nec exempla defunt juris ab Illustrissima No-
 bilitate in usum deducti; Siquidem ab Alberto Branden-
 burgico Ludovicum ab EYB, Equitem Francum, anno
 1482. accepisse legimus Camerariatum Burggraviatus
 Noribergenſis, in feudum hæreditarium, sub legibus Pri-
 mogenituræ, (o) cujus generis complura instrumenta
 investiturarum extant in Articulis additionalibus, respec-
 tive elisivis, qui prioribus additi *des Marggraffen zu*
Brandenburg, contra Nürnberg, in Sachen die Freisfl. Obrig-
keit belangend apud GOLDASTUM. (p) Ut taceamus alia
 exempla, insignem primigenii hujus utilitatem nostris
 quoque temporibus pro summo, quo in arduis quibusque
 negotiis versatur, judicio, optime perspexit, atque idem
 perpetuo statuto in Gente sua ratum esse voluit, postge-
 nitisque de apanagio prospexit, seculi sui ornamentum,
 Vir Illustrissimus atque Excellentissimus, Dominus FRIE-
 DERICUS WILHELMUS L. B. A SCHLITZ, dictus
 GOERTZ, Sacræ Regiæ Britannicæ Majestatis, & Sereni-
 tatis Electoralis Brunsvico-Luneburgenſis, Confilia-
 rius Status intimus, & Cameræ Præses, atque quondam ad-
 Electionem & Coronationem Imperatoriam Legatus Pri-
 marius, Nobilitati Franconicæ adscriptus in loco Rhœn
 & Werra, & quidem in ejus districtu Buchenau, Dominus
 meus & Mæcenas gratiosissimus. Quod illustre exem-
 plum, imitatione dignissimum, si plures tanquam certis-
 simam felicitatis regulam, sequerentur, & Britannorum

imprimis Nobilium moribus, qui, hoc jure stabilito, & potentia & divitiis abundant, (q) invitati, illud attendere, re ipsa experirentur, insigniter fortunam suam stabilire individuum terrarum unionem.

(a) *de Apanag. C. III. n. 145. j. TRAJ. BOCCALINI nella Cent. II. dei Ragguagli di Parnass. 4.*

(b) *var. Resol. L. III. C. V. n. 5.*

(c) *Consil. 148.*

(d) *de nobilitat. Cap. III. §. 4.*

(e) *Part. I. Decis. 731.*

(f) *conf. MONZAMBAN. de Stat. Imp. Germ. C. II. §. 14. ibi: pari fere cum cæteris Statibus libertate & juribus gaudent, ut ad Principum fortunam nihil ipsis desit, præter opes. Insigne quoque in eisdem redundat emolumentum e Canonizibus & beneficiis Ecclesiasticis, per quæ facillimus ad fastigium Principale adscensus, &c.*

(g) *in Font. Jur. Publ. C. II. §. 3.*

(h) *Inst. Jur. Publ. L. I. Tit. XIX. §. 21. p. 290.*

(i) *de feud. Imp. Cap. III. §. 17.*

(k) *ad Instr. Pac. Osn. & Monast. Part. I. disc. XXII. §. 5. n. 2. in f.*

(l) *Capitul. Leopold. Art. XL. Joseph. Art. XXIX. Car. VI. Art. XXIV. verbis: „Zwischen denen vom Ritter-Stand, welche zu „Schild und Helm Ritter und Stifftsmaessig geböhren, und denen „Graffen und Herren, so in denen Reichs-Collegiis keine „Session oder Stimm haben, oder von solchen Reichs-Session „habenden Heufern entsprossen und geböhren scynd, dem alten „Herkommen gemäss, kein Unterscheid gehalten, &c. Add. Dn. de ZECH. ad h. art. p. 186.*

(m) *conf. JO. ULR. PREGIZER. Erörterung der Frage, wie des Heil. Röm. Reichs unmittelbare freye Rittertschaft beschaffen, nebst eingeführter kurtzen Abfertigung des unter Herrn JOAN. SCHILTERI heraus gekommenen Buchs, de Comitum Prærogativa, &c. it. Information, welche Gestalt des Heil. Röm. Reichs Graffen, Freyherren, und Adel in Conjun-*

94

Conjunction gestanden, durch einen ANONYMUM, vermuthlich WOLFGANG von GEMMINGEN aufgesetzt. *Add. Cel. LUDEWIG ad A. B. p. 47. ANONYM. not. ad vers. Germ. MONZAMBAN. l. c. lit. g p. 204. ubi de titulis & prerogativis ipsorum.*

- (n) *vid. Dn. STRUVIUS S. J. P. Diff. XXVIII. §. 16. ANONYM. ad vers. germ. MONZAMBAN. l. c. lit. h.*
- (o) *vid. SPRINGSFELD. de Apanag. c. III. n. 148.*
- (p) *de Majorat. L. II. c. 18. §. 7.*
- (q) *vid. §. XXXI. Differt. nostræ.*

§. LXXV.

Jam de ITALIA quoque paucis erimus solliciti, cum ista non habeat Regem, nisi Imperatorem Romano-Germanicum, quare brevibus primogenituram inter illos Principes atque Comites obtinentem methodo supra observata tangemus. Principes MELPHITANI, ex gente AURIA, Primogenituram in familia sua receperunt, uti ex literis Investituræ Joanni Andrea Principi Melphitano anno 1706. ab Imperatore Iosepho datis docemur. (a) In Comitatu CORRIGII est pactum gentilitium, a Friderico III. confirmatum, quo, ad integritatem Comitatus conservandam, omnia indivisim ad Primogenitum transferri jubentur; (b) In Ducatu FERRARIENSI primogenituræ locum esse, asserit ALEXAND. LAUDENSIS, (c) PHILIP. DECIUS, (d) eamque adhuc hodie a Ducibus Mutinensibus, ab illis oriundis, servari experientia constat. Duces FLORENTIÆ, quam primum, extincta Republica, imperare cœperint, jure primigenii ad hæc usque tempora fuisse usos, testatur IAC. MENOCHIUS. (e) Octavius COSTA cum jure Primogenituræ de Comitatu & Castro LINGVILIÆ, PARLENDÆ, & PARAVENNÆ a Ferdinando III. & Leopoldo, &

Duc. Lucan.
Duc. Mediol.
Duc. Mant.
Duc. Modic.
Duc. Mont.
Duc. Ferrar.
Comit. Corrigii
Duc. Florent.
Com. Lingvilia, Parlenda, & Paravenna,

hoc quidem anno 1659. fuit investitus, quemadmodum litteræ Cæsareæ monstrant. (f) In Ducatu LUCANO primogenitus saltem succedere debebat, ex dispositione Ludovici Imperatoris in diplomate apud MEIBOMIUM. (g) Ducatus MEDIOLANENSIS divisionis plane expertus est, (h) & Carolum V. in primis sanctione Pragmatica, a sequentibus Imperatoribus confirmata, jus primogenii in eo stabilivisse patet ex Imperatoris Leopoldi diplomate Investituræ an. 1659. apud LUNIGIUM. (i) Duces MANTUÆ primogenituram quoque introduxerunt statuit RUBENS, (k) maxime ex tabulis Cæsareis a Carolo V. & Maximiliano II. confectis, (l) si vero litteras investituræ a Carolo V. anno 1571. datas intuearis, (m) eandem Primogenituram non ad Ducatum universum, sed tantum partes quasdam pertinere facili negotio perspicias; unde etiam Leopoldum Imperatorem anno 1679. Camillo, Comiti GONZAGÆ, qui genus ex Ducibus Mantuanis repetit, Novellaræ & Bagnoli investituram, cum jure primogenituræ annexo, renovasse discimus ex LUNIGIO. (n) Præterea experientia commonstrat, Gentem Mantuanam ex pluribus lineis constare, quarum cuique certa terræ assignata. Dispositionem testamento fecit Comes MAREGALUTI, qua edixit, ut primogenitus semper in bona ipsius succedere debeat. (o) In Ducatu MONTISFERRATENSIS Leges primogenii frequentari, ex diplomatibus Caroli V. & Maximiliani II. per excerpta exhibitis probat FRANC. CYRIAC. NIGER (p) istaque Cæsarea Iosephi autoritate anno 1708. super Montisferrato Victori Amadæo, Saubaudia Duci, investitura concessa, fuerunt roborata. (q) Joannes Rotarius Astensis, Comes REVIGLIASCHI, posteris providere cupiens, anno 1523.

Duc. Lucan.

Duc. Mediola-
nenf.

Duc. Man-
tuan.

Com. Marega-
lut.
Duc. Montis-
ferrat.

Com. Revi-
gliaschi.

912

1523. condidit testamentum, quo descendentes masculos juxta ordinem Primogenituræ hæredes scripsit. (r) In Marchionatu SALUTIARUM idem jus fuisse servatum, affirmat HIPPOLIT. RIMALDUS, (s) Ioannes Jacobus TRIVULTIUS Comes, suprema voluntate aperte voluit, ut primogeniti, legitimi, masculi, hæreditatem adpiscerentur. (t) Duces URBINI, gente Roverei, eodem Primogenii jure quondam utebantur. (u) Atque hæc sunt præcipua feudorum Imperialium exempla, in quibus Primogenitura haud fuit neglecta. Equidem plures forsitan dari, maxime Comitatus Germaniæ, aut Principatus & Comitatus Italia, quibus jus Primogenitura haud incognitum sit, haud inficiabimur; ac contenti erimus ea, quam in re tanti momenti testari licuit sollicitudine, in tabulas accepti benignitatem relaturi, qua L. B. specialiora cognoscere cupidus subveniet.

March, Salutiarum.
Com. Trivult.
Duc. Urbini.

- (a) *vid. cas ap. LUNIG im Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. II. Vol. IX. p. 765.*
- (b) *vid. ANTON. PEREGRIN. Vol. III. conf. 3.*
- (c) *Decif. 42. n. 50. & 51.*
- (d) *Conf. 389. n. 7.*
- (e) *Conf. 163. n. 8.*
- (f) *vid. LUNIG l. c. Vol. IX. p. 807.*
- (g) *in opusc. histor. p. 51.*
- (h) *vid. HIPPOLIT. RIMALD. Vol. I. Conf. 18. n. 51.*
- (i) *LUNIG d. l. Part. Spec. Cont. I. Abs. V. p. 19.*
- (k) *Conf. 133. n. 12.*
- (l) *vid. FRANC. CYRIAC. NIGER. in controvers. Mantuan. A. III. n. 31.*
- (m) *LUNIG Vol. IX. p. 796.*
- (n) *ID. l. c. p. 759.*
- (o) *vid. PEREGRIN. L. II. Confil. 33. n. 15.*
- (p) *in controvers. Mantuan. A. III. n. 31.*

(q) *vid.*

(q) *vid.* LUNIG *Vol. IX. p. 777.*

(r) *vid.* ANTON. THESAURUS *in quest. forensi. & pract. qu. 34. in princ.*

(s) *Vol. I. Conf. 48. n. 51.*

(t) *conf.* OCTAV. CACHERAN. *Consil. 72. n. 6.* MENCHIUS *L. II. consil. 106.*

(u) *vid.* HIPPOL. RIMINALDUS *l. c. n. 52.*

§. LXXVI.

Primogenito mortuo Senior ex descendibus excludit jure representationis, in succedendo Agnatos.

Primogenitura quoque in feudis femineis interdum attenditur.

Restat ut paucis adhuc nonnullas Quæstiones circa primogeniti successione attingamus. Primogenitura in territorio introducta & constituta, a successione omnes regulariter solent excludi agnati, ita ut, si primogenitus moriatur, senior ejusdem filius, ex jure representationis, illis veniat præferendus. (a) Quod in tantum solet extendi, ut quoque in feudis fœmineis, sive proprie sive improprie talibus, (b) Germ. *Kunckel-Lebn*, *item Beutel-Schlaier-Lebn*, (c) nonnunquam primogenitæ successio, exclusis fororibus, attendatur, eoque ipso nihilominus territoriorum utilitas emolumentumve promoveatur, cum per qualitatem individuum territoria conserventur integra, id quod exemplo Archi-Ducatus Austriae firmari poterit, qui, nullis amplius ex mascula prole superstitibus, non tantummodo Archi-Ducissas ad successionem admittit, sed & primogenituram inter eas observat, de quo testatur Constitutio Friderici I. Imp. quæ anno 1156. in Comitibus Ratisbonensibus, de controversia Bavariæ & Austriae, lata fuit, ubi ita Imp. *Et si, quod Deus avertat, Dux Austriae sine herede filio decesserit, idem Ducatus ad seniore filiam, quam reliquerit, devolvatur, &c.* sicut hæc verba refert GOLDASTUS, (d) quod postea ab Imperatore Friederico II. in Comitibus Veronenfibus anno 1245. & a Carolo

rolo V. Imp. in diplomate Wormaciae anno 1522. dato re-
 petitum, verbis: *Wo aber bemeldete Fürsten unerbsam ab-
 giengen, so soll das Hertzogthun und die Lande an seine ælteste
 verlassene Tochter fallen, &c.* (e) Conf. de successione Fœ-
 minarum Illustrum in Ducat. Clivix & Juliacensi, Mega-
 politano, Teccensi, Carinthix, nec non de Hassix Land-
 Graviatu, & Comit. Tyrolis, Mompelgardeni, Carimeli-
 bocensi aliisque Provinciis MYLERUS, (f) Dn. LUDOL-
 PHUS, (g) BETSIUS, (h) & ARNISÆUS. (i) Hoc lo-
 co non incommode quaestio tractari potest, an in casu,
 quo territorii portionem Agnatus Apanagiatus, post
 mortem suam, reliquit, circa ejus divisionem primo lo-
 co nati habenda sit ratio; Quam, si ex regulari territo-
 riorum observantia, hujusque successione ordinaria na-
 tura, decidere velimus, respondendum erit, minime hic
 primogenituram locum invenire posse, cum in alimentis,
 æqualiter inter filios distribuendis, nullus habeatur ad
 primogenituram respectus, jam vero Apanagia postgeni-
 tis assignari pro sustentatione supra (k) monuimus. (l)
 Quod secus est, si observantia Familix Illustris, aut specia-
 libus pactionibus vel ultimis voluntatibus &c. ad con-
 servandam successoris dignitatem, contrarium introdu-
 ctum fuerit, sc. Apanagii improprii, exemplum
 adducit ITTERUS. (m) Ita enim Friedericus Wilhelmus
 Brandenburgicus Elector, Principi suo secundogenito
 Principatum Halberstadiensẽm testamento concesserat, ut
 eundem individuum ad suos successores transferret, ver-
 bis: *Wollen wir, das, gleichwie unser Churfürstenthun und
 darzu gebærige Lande, also auch das Fürstenthun Halber-
 stadt gantz unzertrennet, und unzerteilet werde, und nach
 Absterben des regierenden, allezeit dessen æltester Sohn, oder,*

Quid obtineat
 in casu, quo
 Agnatus Apa-
 nagiatus post
 mortem suam
 territorii por-
 tionem relin-
 quit?

R wenn

wenn keine Söhne vorhanden, derjenige, welchem die Succession von Rechts wegen gebühret, alleine succediren, &c. (n) conf. de controversia, in casu fere simili inter Friedericum III. Imperatorem & Albertum VI. fratrem, Sigismundumque Agnatum suborta, sed interventu Palatini Ludovici & Procincialium sopita GERARDUS de ROO. (o)

(a) vid. HERTIUS de Special. Rebuspubl. R. G. I. Sect. II. §. VII. MOLIN. de primogenit. Hisp. L. II. cap. X. n. 21. Add. BETSIUS d. pactis fam. Ill. p. m. 377, 504. LIMNÆUS ad A. B. Cap. VII. Observ. XVI. XVII. n. 3. j. Aut. supra §. XLVI. allegati.

(b) vid. STRYCKIUS d. Success. in feud. masc. & fem. concess. Cap. I. n. 31. seqq.

(c) vid. BESOLDUS Thesaur. Pract. verb. Kuckel-Lohn.

(d) de Majorat. Libr. II. C. XVII. n. 12.

(e) vid. LUNIG im Deutschen Reichs - Archiv Part. Spec. von Oesterr. n. XXXI. LIMNÆUS Jur. Publ. Tom. II. Libr. V. Cap. II. n. 32. GOLDAST. de Majorat. Cap. XVII. n. 12. ITTERUS de feud. Imp. C. XIV. §. 13. p. m. 722. & sup. §. LIV.

(f) d. Princip. & Stat. Imp. Part. I. Cap. XXIV. §. 1.

(g) de jur. femin. Illustr. Sect. II. §. VIII. XIII. n. 1. p. m. 95.

(h) d. l. Cap. VIII. p. 274.

(i) de Republ. L. II. Sect. 12. n. 30.

(k) §. VI. dissertat. nostræ.

(l) vid. MYLERUS ab EHRENBACH d. l. Part. I. cap. XXXI. §. 6. SPRINGSFELD. de Apanag. Cap. XI. n. 43. seqq.

(m) d. l. Cap. XIII. §. VIII.

(n) vid. LEOPOLD. ALBERT. SCHOPP. Thesaur. feudal. Pract. Cap. II. Sect. V. obs. VII. p. 306. LUNIG im Reichs - Archiv Part. Spec. Cont. II. 2te Fortsetz. No. LIII. p. 134. j. §. LVII. Dissert. nostræ.

(o) Annal. Austr. Libr. VI. p. 212. 219. & supra §. LIV. diff. nostræ. §. LXXVII.

Agnati tamen
vocantur ad
successionem,

Non tamen in perpetuum agnatos a successione in
territoria excludit primogenitura, sed ordo succedendi
ad

914

ad eosdem devolvitur, Imo si sine legitima prole decedat is, ad quem, beneficio primogenitura, territoria haftenus pertinuerunt, quod & in Electoratibus obtinere docet A. B. (a) verbis: *Si vero Primogenitus hujusmodi absque heredibus masculis, legitimis, laicis, ab hac luce migraret, virtute praesentis Imperialis edicti, Jus, Vox, & Potestas Electionis praedictae ad fratrem seniore, laicum, per veram paternam lineam descendente, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur, &c.* Arque hic secundogenitus praerogativam habet praeter tertio, cum & natura eum praeferat. (b) Caterum an filius primogeniti naturalis agnatum in succedendo excludat, si postea fuerit legitimatus, varie apud Juris Publici scriptores disceptari solet. Conf. quae studiosè collegit STRYCKIUS (c) & Dn. LUDEWIG. (d) Ex natura feudorum constat, quod ibidem naturalium liberorum nulla sit successio *II. f. 26. §. naturales*, (e) nec omnis legitimatio maculam eam adeo abstergat, ut feudum capere queant; hinc per Principis aut Pontificis Rescriptum legitimati non succedunt (f) nisi ii, quorum interest e.g. agnati, consentiant. (g) Imo ne quidem in casum universae familiae extinctae, Parentes attribuere successionem legitimatis hisce possunt, nisi populi universi consensu intercedente, cum populus in prima Regni delatione, haeredes tantum ex legitimo matrimonio natos expresit. Quae nuper ea in re, magnis animorum moribus in Gallia acta fuerint, in omnium recenti memoria versatur. Qui vero per subsequens matrimonium jura legitimorum filiorum retro quasi nanciscuntur, *a. Nov. LXXXIX. Cap. 8.* jure aequali cum liberis ab initio legitime & ex justis nuptiis natis utuntur, adeoque, etiam si feudum sit concessum pro se & legitime natis,

si primogenitus
Imo sine legitima prole
decedat.

.MIVXXI. 2



natis, vor sich und seine ehelich geborne Leibes-Erben, (h) ad successionem feudorum etiam Imperii majorum, quod præjudicio Camerali confirmatum tradit MYNSINGERUS, (i) recte admittuntur, agnatosque & fratres, utpote primogenituram adepti, excludunt, quod multis argumentis defendunt, MYLERUS, (k) ITTERUS (l) aliique (m) Conf. tamen quæ de speciali edicto tales legitimatos a successione in feuda Marchiæ Brandenburg. arcente habet STRYCKIUS. (n)

(a) *Cap. VII. §. 2.*

(b) *vid. ENGELBRECHT. de Success. in Electorat. Th. XII.*

(c) *in Dissert. de Successione naturalium.*

(d) *ad A. B. Tit. VII. §. 2. p. 671. seqq.*

(e) *a. II. f. 26. §. naturales v. STRUV. Synt. Jur. Feud. C. IX. aph. III. n. 7. SCHRADER. de feud. Part. VII. Cap. 5.*

(f) *conf. GAILIUS Libr. II. Observ. 140. n. 6. ITTERUS de feud. Imp. C. XIV. §. 5. seq. MYLERUS in Gamalog. Cap. XXV. n. 1. STRAUCHIUS Inst. Jur. publ. Libr. I. tit. 23. §. 4. add. de Antonio, ctsi legitimationem a Pontifice obtinuisset, Lusitaniæ Regni incapace a Philippi Regis Hispaniæ consultoribus declarato, SPRINGSFELD d. Apanag. Cap. III. n. 104.*

(g) *vid. VITRIAR. Inst. Jur. publ. L. III. Tit. XVII. §. 101. conf. Magnif. Dn. MENCKEN. Præceptor noster etatem devenerandus, in Gymn. Pol. Diff. II. Jur. Feud. ib. XX.*

(h) *vid. CARPZOV. Part. III. constit. Elect. XXIX. def. 17. n. 5.*

(i) *Cent. V. Observ. Camer. XLII. n. 2.*

(k) *ad A. B. Cap. VII. n. 13. & in Gamalog. Cap. XXV. n. 5.*

(l) *de feud. Imp. Cap. XIV. §. 2.*

(m) *conf. RUMELIN. ad A. B. Part. I. Diff. 6. th. 12. ROSENTHAL. de feudis Cap. VII. Concl. 18. n. 10. MOLINA de Hisp. primogenitura L. III. C. I. n. 6. MENOCH. Vol. I. conf. XVI. n. 8.*

(n) *in Ex. Jur. Feud. Cap. XV. qu. XXXIX. b.*

§. LXXVIII.

§. LXXVIII. Quemadmodum ad Regnum vel territorium ali-
 quod administrandum personæ habiles requiruntur, ita
 nullum dubium est, primogenitum, ob defectus natura-
 les & legales, a successione in regnum posse excludi, ut-
 pote si demens & furiosus existat, ubi regni & terræ sub-
 jectæ cura potius secundogenitis vel proximo agnato im-
 ponenda. (a) Quod tamen ita intelligimus, quando de-
 mentia vel furor in hæsit a nativitate, secus autem est, si
 furor talis vel amentia ex post facto superveniat. (b) In-
 habiliras enim ex accidenti superveniens primogenito
 non potest auferre jus successione, quia hoc jus illi, cui
 quæsitum, non potest eripi, hinc, quamvis ipse nequeat
 Reipublicæ vel territorio præesse, quando ob ætatem vel
 mentis vitium inhabilis aut in utero adhuc est, aut cap-
 tivus, Tutor vel Curator ipsi ex proximis agnatis præci-
 pue constituendus venit. (c) Cujus rei exemplum Gal-
 lici Regni historia, per Regis Caroli VI. fatum, qui animi
 deliquium expertus est, docuit: huic enim Regni admi-
 nistrator, quamvis non sine motibus, constituebatur, (d)
 atque in tali casu sæpe sceptris proxime admoventis ad-
 ministratio committitur. (e) Primogeniti quoque fa-
 vorem se in tantum extendisse, ut quamvis minus animi
 potens, secundogenitos in successione exclusit, exem-
 plo Cleomenis Spartiatarum regis, qui, etiam si non
 mentis compos fuerit, post mortem tamen Anaxandri-
 dæ, tanquam major natu, prælatus fuerit fratribus, testa-
 tur PETR. GREG. THOLOSANUS. (f) Interim tem-
 perandum est præjudicium, quoties animi defectum pa-
 tientis restitutio valetudinis speratur, quod prudentissime
 Augustissimus Imperator Josephus, felicis memo-

II. si sit inha-
 bilis,
 i. ob defectum
 naturalem,
 qui se exerit
 in dementiis
 & furiosis
 &c.

ria, in casu Reverendiss. & Sereniss. Principis Alexandri Sigismundij, Com. Pal. Rhen. Episcop. Augustan. Ceu ipse eventus corroboravit, in Rescripto ad Capitulum Augustanum emisso, monuit, cujus rescripti verba Electis Juris Publici sunt inserta. (g)

- (a) *vid.* CHRISTIANUS *Decif. Cur. Belg. Vol. I. Decif. CLII. n. 2. seq.*
- (b) *vid.* ID. *l. c. n. 6.* SPRINGSFELD *de Apanag. Cap. III. n. 17.*
- (c) *vid.* ALSTED. *Encyclop. Polit. Libr. XXIII. Cap. III. Sect. 44. 47.*
- (d) *vid.* PAUL. EMILIUS *histor. de reb. gest. Francor. Libr. X. in vit. Carol. VI. p. m. 316. f. SCHUTZL. de Stat. Rei Rom. Vol. I. Disp. VII. Th. 15. lit. F.*
- (e) *vid.* SPRINGSFELD. *all. l. n. 174.*
- (f) *de Republ. Libr. VII. Cap. VI. n. 2.*
- (g) *Tom. VI. part. 9. n. 56. p. 707.*

§. LXXIX.

mutis, surdis, caecis, &c.

Id, quod de curatoribus regni vel territorii constituendis diximus, in eo quoque applicandum erit, si ex post facto primogenitus mutus, surdus, caecus vel aliter imperfectus fiat, hic enim successione & regiminis non incapax redditur *a. II. f. 36. j. I. f. 6. §. 2.* (a) Quamvis alio se res habeat modo, si tali vitio laborans lucem adspexerit, & in eodem statu perseveraverit. Quod si enim ex jure feudali communi casum decidere velimus, illud hos a successione feudali excludit, (b) & feudum antiquum ad agnatos devolvitur, *a. II. f. 36. j. I. f. 6. §. 2.* (c) Juxta Leges Imperii quoque Primogenitus filius non succedit in Electoratum, si mente captus, fatuus, seu alterius famosi & notabilis defectus existat, *propter quem non deberet, seu possit hominibus principari a. A. B. c. XXV. §. 2.* sive, qui eum impediat, quo minus rite & ex dignitate,

Electo-

916

Electoralis obire queat munus, ceu verba præcedentia ita explicat, atque in hanc classem merito inutum, & sùrdum, cœcumque, scilicet a natura tales, refert LIMNÆUS. (d) In quo casu secundogenitus ad successionem in Electoratum vocatur, ceu jam supra, (e) ubi de Electoratus quaestio erat, monuimus. Pari vero jure & reliqui Imperii Principes utuntur, nec adversatur, quod hodie plerumque officia sua per substitutos obire queant, cum & justa de causa Imperator illorum præsentiam, pro re nata, requirere, & ex in cognosci queat perpetuum hocce naturavitum administrationi Reipublicæ obesse, magisque consultum, secundogenito successionem deferendo, damnum imperio & territoriis exinde imminens evitari. (f) nolo

- (a) vid. STRUV. S. J. F. Cap. IX. aph. 10. n. 5. CARPZOV. Part. III. Constit. El. XXVIII. def. 8.
- (b) conf. Land-Recht art. IV. Libr. I. verb: Wird ein Kind geboren stumm, sinn- oder witzlos, oder blind, oder sonst unvollkommen an seinem Leibe, das ist wohl Erbe zum Land-Recht aber nicht zum Lehn-Recht, hette er aber ein Mann-Lehn empfangen, che er so gebrechlich worden were, das verläußt er darum nicht, &c. add. Lehn-Recht Cap. XXX. verb: Man mag auch niemand sein Lehn nehmen, darum, ob er blind ist, oder aber eines Gliedes darbet, noch um keinerhand Seuche, &c.
- (c) conf. HARTMANNI PISTOR. Libr. II. quæst. 32. n. 25. VULTEJUS d. feud. L. I. cap. 9. n. 12. add. Dn. BERGER. de mur. & surd. ubi præf. j. CHRISTIN. decis. all. n. 4.
- (d) ad A. B. Cap. VII. §. 2. conf. ITTERUS de feud. Imp. Cap. XIV. §. 21.
- (e) §. XLIV. diff. nostr.
- (f) vid. BESOLD. de Success. Libr. I. Diff. X. n. 1. seq. VULTEJ. d. feud. L. I. Cap. IX. n. 64. SCHARSCHMID. ad SCHUTZ. D. I. tb. XV. lit. F. ROSENTHAL. de feud. Cap. VII. Concl. 27. 28.

§. LXXX.

non deformi-
us, &c.

moribus de-
pravatis.

Quæ autem huc usque de animi corporisque vitiis diximus, propter quæ primogenitus a successione quandoque per secundogenitum excluditur, non eo trahenda sunt, ut quoque idem in deformibus, inertibus, ignavisque obtineat. Deficiente enim lege, quæ deformium, ac quodammodo monstrosorum [modo ratione non defictorum, aut prodigiosorum *a. l. 3. C. de hered. posth. j. l. 14. ff. d. stat. hom.*] successionem reprobatur, nec hic statuendum, eos successione plane esse indignos. Quid quod etiam exemplis demonstrari queat, deformes, propter solam primogenituram, ad regimen fuisse admissos. Sic Colomannus, Hungariæ Rex, quamvis maxime deformis, gibbosus, claudus, luscus & balbus esset, tamen in Comitibus electus, atque, ob primogenituræ jus, fratri secundogenito Alino [quem alii Almun alii Armum appellant (a)] prælatus. (b) Simile quoque exemplum de Ingone, Haraldus, Norwegiæ Regis, filio primogenito gibboso, in regem præ fratre electo, habet CRANZIUS (c) conf. tamen THORM, TORFÆUS, (d) qui non Ingo sed Hringo legendum, nec filium Haraldus, sed ex fratre nepotem fuisse eundem asserit; Add. de Carolo VIII. Gallorum Rege maxime deformi PONTANUS. (e) Nec, ob morum pravitatem, primogenito successio generaliter deneganda, quamvis in contrarium exempla nonnulla proferri soleant. Adoniam enim Davidis filium dicunt ex eo non fuisse adeptum regnum, quia insolentia & impatientia ingenii, morumque depravatio, ipsi obstiterit. (f) Si enim omnino idoneus ad administrationem tantum deberet succedere, infantes Regum & Principum controversiam facile paterentur, quod tamen non

non fieri experientia satis demonstrat, (g) cum naturalis æquitas admitti jubeat istam, quæ ex ætate profiscitur, moram.

- (a) *vid.* SPRINGSFELD. *de Apanag. Cap. III. n. 179.*
- (b) *vid.* THOLOSAN. *d. Republ. L. VII. c. 6. n. 3.*
- (c) *in Norweg. Libr. V. cap. IX.*
- (d) *in Ser. Reg. Dan. Libr. III. Cap. VIII. p. m. 320.*
- (e) *in histor. Gall. Libr. II. Cap. XXXIV.*
- (f) *vid.* PINEDA *d. reb. gest. Salomon. Libr. II. Cap. I. n. 5.*
- (g) *conf.* THOLOSAN. *d. l. n. 3.*

§. LXXXI.

Arcetur quoque primogenitus quandoque, licet mente & corpore sanus, a successione ipsi alias competente, ob defectum lege notatum, qualis se in Clericis Monachisque ostendit. (a) Quod si itaque primogenitus talis vel existat, vel fiat, territoria statim sequenti ex familia deferuntur, cum hæc primogenituræ jura minime conveniant Clericis, (b) & desinat esse miles seculi, qui incipit esse miles Christi, II. F. 21. (c) Id quod aliquo modo indigitare videbantur verb. LEHNR. *Cap. II. Pfaffen sollen Lehn-Rechts darben, &c. & LANDR. lib. I. art. 25. begiebt sich aber ein Mann zum Münch-Leben, der zu seinen Fabren kommen ist, er hat sich von Lehn- und Land-Recht gelegt, und sein Leben sind dem Herrn ledig, dann er den Heer-Schild hierdurch niedergelegt hat.* (d) Et in A. B. *Cap. VII. §. 2.* tanquam principale aliquod requisitum desideratur in successione primogeniti ut sit laicus. (e) Clericis enim successione in Electoratum secularem interdicitur. (f) Aliter vero se res habebit, si primogenitus expressum validumque fuerit adeptus privilegium, ne Clericalis dignitas successioni in Principatus sit impedimento. Ita enim Adolphus & Magnus, Principes Anhaltini,

S

*2. ob defectum
legalem,
ut
(æ) si sit Clericus.*

tini, ex singulari Maximiliani I. Imperatoris gratia rescriptum anno 1492. impetrarunt, ne Clericatus, quem Adolphus, tanquam Archi-Episcopatus Magdeburgensis Præpositus, elegerat, alter vero assumere intendebat, ipsorum successioni in feudo Imperii ullo modo obesset. (g) Idem obtinebit, si primo loco nati Clerici facti fuerint, postea vero, per dispensationem Pontificis, statum hunc exuant, adeoque jus succedendi recuperent, quale exemplum Duces, Ferdinandus Mediceus, & Mantuanus, item Franciscus Mediceus, nec non Reinaldus, hodiernus Dux Mutinæ, antea Cardinales, præbent; (h) item Albertus II. Austriacus, ordine sacro, cui adscriptus erat, relicto, successit. (i) Henricus quoque, ultimus in sua Familia Portugalliæ Rex, Cardinalatus titulo anno 1578. resignato, Pontificis consensu ad regni successionem admittebatur. (k) Dispensatione autem hac opus non erit, si Clericus ordinem, ante delatum feudum, deposuerit, quia tunc ab illius successione excludi nequit. *J. P. O. & M. art. V. §. 15. j. P. 3. C. Eh. 28.* (l) Protestantium religioni ad dicti Principes, dudum Dominatu Papali excusso, etiam si sint Archiepiscopatum & Episcopatum Administratores, sine ulla dispensatione aut resignatione in territoria jure primogenituræ succedere queunt, quanquam Joachimus Friedericus Archiepiscopatum Magdeburgensem Patri in Electoratu Brandenburgico succedens, resignaverit, quod necessitatis haud fuisse recte deducit JUSTUS SINOLDUS, cognomine SCHUTZIUS. (m) conf. de Bernhardo II. resignato Episcopatu Hildesienfi, Ducatus Luneburgici regimen suscipiente, JO. HELWIC. SINOLD, dictus SCHUTZIUS, (n) & de resignatione Episcopati

scopatus Halberstadiensis, a Christiano Duce Brunsvicensium facta, SPRINGSFELD. (o)

- (a) *conf.* SPRINGSFELD *de Apanag. Cap. III. n. 237.*
 (b) *vid.* DIDAC. COVARRUV. *Var. Resolut. Libr. I. Tom. II. cap. XIX. n. 11.*
 (c) *a. II. F. 21. 30. conf.* ROSENTHAL. *de feud. Cap. VII. concl. 30. n. 25.* VULTEJ. *d. l. L. I. cap. 9. n. 67.* BERLICH. *Part. III. concl. 39. n. 5.* THOM. *de MARINIS de gener. & qual. feud. Tit. II. p. 11. n. 144.* STRUV. *S. J. F. Cap. IX. Aph. 9. p. 338.*
 (d) *conf.* MYNSINGER. *Cent. V. Obs. Cam. 48. n. 8.*
 (e) *vid.* LIMNÆUS *Jur. publ. Libr. III. Cap. VII. n. 19. & ad A. B. d. c. Obs. X. n. 1. j. Dn, LUDEWIG ad A. B. p. 680. seqq.*
 (f) *vid.* SCHUTZIUS *Jun. Prae. Jur. Publ. Libr. I. Tit. VI. pos. 16. n. 3.*
 (g) *vid.* LUNIG *im Deutsch. Reichs-Archiv Part. Spec. Cont. II. Ite Fortf. 13ter Abf. No. XII. p. 176.*
 (h) *vid.* LIMNÆUS *d. l. Libr. III. cap. VII. n. 21.* SCHUTZIUS *Sen. de Stat. Rei Rom. Vol. I. Exercit. VII. Th. XV. lit. d.*
 (i) *vid.* Dn. LUDEWIG *German. Princ. L. I. cap. I. §. 8. p. 148.*
 (k) *vid.* VASCONCELLUS *in Lusitan. p. 327.* SPRINGSFELD *d. Apanag. Cap. III. n. 240. j. PUFENDORF. Erlauterung Cap. III. §. 6. p. 474. 476.*
 (l) *vid.* *Rec. Imp. de anno 1555. §. 18.* LUNIG *im Reichs-Archiv Part. Gen. p. 131.* ZIEGLER. *Corp. Sanct. Pragmat. S. R. I. n. 14. p. 161. conf. MAUL. de Pac. relig. Tit. II. p. 13. seqq.*
 (m) *d. stat. Rei Rom. Vol. I. Exercit. VII. Thef. XV. lit. d.*
 (n) *Prae. Jur. Publ. d. l. n. 2.*
 (o) *de Apanag. Cap. III. n. 146.*

§. LXXXII.

Cum vero Principatus & territoria sub lege fidelitatis concedantur, nullum dubium est, quod jure feudi censentur, ideoque, feloniam commissa, amitti queant. ^{(a) ob crimen indignus.} Quamquam

quam autem in singulas delictorum feudaliū, quæ generali felonix nomine indicari solent, species excurrere, animum minime induxerimus, quæstionem tamen themati affinem, utrum Primogenitus, interveniente delicto, jus in territorium succedendi perdat, illudque ad ejus filios, an vero ad fratres postgenitos, derivetur, brevissimis sub incudem revocabimus. Quod igitur prius attinet, primogenitum nimirum ob delictum privari posse successione, nulli dubitamus, atque in hoc casu decisioni Juris communis inhærendum esse ducimus, *a. II. F. 24. S. denique*, dummodo delictum tale sit, quod privationem feudi mereatur. (a) Nimis leve enim crimen erat, quod Andreas Princeps, postea Rex Hungariæ factus, commisisse dicebatur, dum votum proficiscendi Hierosolymam cum forti manu, a moriente Patre injunctum non impleverat, ut propterea Innocentius III. Papa non tantum anathematis fulmina se vibraturum, sed & nimis affectato in Reges & Principes dominatu, jure, quod Andree in Hungariæ regno genituræ ordine competeat, se ipsum privaturum minitaretur *c. VI. X. d. vot. & vot. redemr.* (b) Num vero delictum, per quod feudum a primogenito perditur, ejus quoque primogenito & descendentibus nocere possit, sunt qui affirmant, (c) sunt qui negent. (d) Posterior sententia mitior, probabilior & verior mihi videtur, cum primogenitus non capiat primogenituram a Patre delinquente, sed a primo primogenituræ fundatore ac divino primæ nativitatis beneficio, adeoque primogenitus dicatur habere jus non quærendum, sed quæsitum, mediante vocatione primogenituræ autoris formatum ac radicatum, Dominus autem, nec in totum, nec pro parte minuere aut tollere

919

tollere jus Vasalli quæsitum possit sine ipsius culpa, de qua etiam convincendus est. *II. F. 38. I. F. 21.* (e) conf. plura in Magnif. MENCKENII, Præceptoris nostri ætatem de venerandi, Programmate, in memoriam Bornianam edito anno 1716. *j. Capitul. invidiiff. Carol. VI. Art. XX.* (f) Nec delictum, a primogenito perpetratum, eidem in successione obstat, si fuerit remissum, sive expresse *a. II. F. 31.* sive tacite Dominus idem legitime condonaverit. (g) Quod contingere solet, ex circumstantiis, si de delicto non conquestus, posteaque mortuus, (h) aut triginta annorum spatium elapsum fuerit. *a. II. f. 26. §. si quis. j. l. 3. d. prescr. 30. l. 40. ann.*

- (a) *vid. LOANETT. de primat. Primog. Cap. X. n. 2. ANDR. de ISERN. de feud. rubr. Que sit prima causa feud. amit. n. 12.*
- (b) *vid. BONFIN. Rer. Hungar. Libr. VII. Decad. 2. JO. THURROL. Chron. Hungar. Part. II. cap. LXXV.*
- (c) *vid. Autor. cit. ap. HARTMAN. PISTOR. Quest. Jur. Lib. II. quest. XVI. n. 9.*
- (d) *vid. ROSENTHAL. de feud. Cap. IX. concl. XI. n. 8. & cap. XI. Concl. VI. n. 16. RUSDORFF. Vindic. Caus. Pal. c. XV. seqq.*
- (e) *vid. ROSENTHAL. d. Cap. IX. Concl. XI. n. 8.*
- (f) *conf. Dn. de ZECH. ad Cap. Car. VI. & perp. art. XX. lit. f. & in App. Document. ad eund. n. 18. seqq.*
- (g) *vid. HARTMAN. PISTOR. Libr. I. qu. XXXV. Dn. BERGER. Resol. Leg. Obst. L. VI. Tit. 2. in f. BORCHOLTEN. d. feud. Cap. VIII. n. 155.*
- (h) *vid. ROSENTHAL. Cap. X. Concl. XL. n. 1.*
- (i) *id. concl. XXXIX. n. 38. add. B. HORN. Jur. Pr. feud. Cap. XI. §. n. SCHILTER. Jur. Alemann. Cap. XXVI.*

3. ob renun-
ciationem.

Cum jus primogenituræ in favorem illius, qui primo loco inter reliquos fratres natus est, sit introductum, nullum erit dubium, ipsum quoque eidem posse renunciare. *l. 29. C. d. pact.* quo casu ad secundogenitum devolvi solet successio, licet apud SPRINGSFELD, (a) MOLINÆUS & PAPONIUS contrarium defendant, non solum secundogenito, sed omnibus fratribus portionem primogeniti accrescere putantes, quos refutat ITTERUS (b) & successione omni jure juniore proximo deferri deducit, ne primogenitura hoc modo abrogetur & e. g. Principatus, cum summo eorum, quorum interest, præjudicio in minimas partes scindatur. Quam sententiam experientia quotidiana satis corroborat. Ut enim taceamus exemplum Johannis, primogeniti Electoris Frederici I. Brandenburgici supra allatum, (c) Henricus quoque, Brabantia Dux, Henrici III. filius primogenitus, jus suum Joanni fratri concessit, quod, ad litteras hujus resignationis confirmatorias Richardi Romanorum Regis provocando, monet ITTERUS. (d) Præterea Joannes Ernestus, Dux Brunsvicensis, primogenituræ jura fratri Augusto cessit, (e) & Henricus Dux Brunsvic. & Luneburgensis, addito de non ineundo matrimonio pacto, in favorem fratris secundogeniti Wilhelmi, renunciationem fecit teste MYLERO. (f) Conferatur de Libua I. Visigothorum in Hispania Rege, Regnum in fratrem juniorem, Lewigildem, transferente MARIANA. (g) Unde facillime colligere licet, renunciationem talem omnino valere, si in ipsius primogeniti solum vergat præjudicium, aliter vero, cum per eum alius læditur, respondendum esse. (h) Itaque Parens, in filii
jam

920

jam existentis præjudicium, jus Primogenituræ fratri suo minime resignare poterit, siquidem nemo de jure tertii, sine illius consensu, potest disponere. (i) Id quod maxime in Imperio nostro obtinet, cum enim in eo Vassalli jus, quod habent, succedendi, non tam beneficio Parentis, quam legis, vel consuetudinis, aliusve modi legitimi, vi cujus primogenitura in succedendo observatur, acquisiverint, hoc iisdem a Parentibus, etiam testamento, juxta exhæredationis causa expressa, adimi nequit (k) Imo nec ista primogeniti valebit renunciatio, qua, in secundogeniti præjudicium, tertio in genituræ ordine cessio fit. (l) Cum enim illi, ceu jam supra diximus, ipso momento renunciationis a fratre majore susceptæ, acquiratur succedendi jus, hoc invito eripiendum non erit. (m) Nullius denique erit momenti renunciatio, qua minor primogenitus jus sibi competens relinquit, cum, mediante in integrum restitutione, illud, quod amisit, facillime recuperare, & renunciatio hæc inutilis declarari queat. (n)

(a) *de Apanag. Cap. III. n. 218.*

(b) *de feud. Imp. Cap. XII. §. 24.*

(c) *vid. SCHUTZ. de Stat. Rei Roman. Ex. VII. Vol. I. tb. 15. lit. G. LIMNÆUS Jur. publ. Tom. I. Libr. III. Cap. VII. n. 33. & Aut. supra §. XLV. citati.*

(d) *vid. ITTERUS d. l. §. 24.*

(e) *SPRINGSFELD d. l. n. 122. SCHUTZ. Præl. Jur. Publ. Libr. I. Tit. VI. pos. 16.*

(f) *de Princ. & Stat. Imp. P. I. cap. XXI. §. 12. b. j. SPRINGSFELD. d. l.*

(g) *histor. Hisp. Libr. VII. Cap. II. Add. LIMNÆUS ad A. B. Cap.*

- Cap. VII. §. 2. *obs. s.* CACHERAN. *Decif. 100. n. 40.* BETSIUS *de pact. fam. Illustr. Cap. IX. p. m. 469.*
- (h) *conf.* CERNITIUS *d. famil. Elect. Brandenburg. p. 23.*
- (i) *vid.* MYLERUS *d. l. Cap. XXI. §. 13.* SPRINGSFELD. *d. l. n. 227.*
- (k) *vid.* BOCER. *d. Success. feud. Cap. I. qu. 3.* ENGELBRECHT. *d. Success. in Electorat. th. 91.* MYLERUS *d. l. §. 14.*
- (l) *vid.* TIRAQUELL. *de jur. primog. Qu. XXI. XXVI.* SCHUTZ. *de Stat. Rei Rom. d. l. lit. G.* MYLER. *d. l. §. XIII.*
- (m) *vid.* TIRAQUELL. *d. l. qu. 27.* ENGELBRECHT. *all. l. th. 21.*
- (n) *vid.* RUMELIN. *ad A. B. P. I. Diff. VI. Th. 9. j.* SCHUTZ. *d. l. lit. in fin.*

§. LXXXIV.

Conclusio.

Hæc sunt L. B. quæ de emolumentis territoriorum ex jure Primogenituræ descendentibus, exhibere volui, quæ ut æqui bonique consulas, pro benignitate Tua, con-
tendo. DEO autem OPT. MAX. immortales ago pro viribus animi & corporis, nec non studiorum successibus hucusque indultis, gratias, & quicquid in me est conatum, viriumque, illius gloriæ, proximique utilitati amplificandæ, unice
confecro.

S. D. G.

ULB Halle

3

005 362 326





9.
QUOD FELIX FAUSTUMQUE SIT!
DISSERTATIONEM JURIS PUBLICI
DE
EMOLUMENTIS
TERRITORIORUM
IMPRIMIS GERMANIÆ
EX JURE PRIMOGENITURÆ
DESCENDENTIBUS,

INDULTU
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
PRÆSES
FRIEDERICUS CAROLUS
VOIT A SALTZBURG,

S. R. I.
LIB. BAR. ET IMMEDIATÆ NOBILITATIS
FRANCONICÆ EQUES,
RESPONDENTE
JO. FABIAN GOTTLOB DE PONICKAU
ET PILGRAM,
EQU. LUSAT. SUPER.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
IN ICTORUM AUDITORIO
SUBJICIET

AD D. V. MAJ. c. 15 Idcc XVIII.

LIPSIÆ,
EX OFFICINA TITIANA.

Generosi J. Dn. de Stanq

